

2 400 40  MADE IN SPAIN



M. de la Campa Diego de Granada

R. 4991

B

(1)

CHRONOLOGIA
 IN TITI LIVII HISTO-
 RIAM, ACCOMMODATA AD TABVLAS
 CAPITOLINAS VERRII FLACCI, ANNOTATIONI-
 BUS UTILISSIMIS VARIETATEM SEV DISSENSIO-
 nem authorum circa consulum Romanorum
 nomina demonstrantibus
 illustrata.




Por admision de
 los libros en quita
 con los de la biblioteca
 de Granada del 640 -
 Diego de Dubrovoff

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO
 Caesareae Maiestatis.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
 M. D. CXXVIII.



1999.19



3

CLARISSIMO VIRO, GENERE, VIRTUTE AC ERUDITIONE PRÆ-

STANTI, DOMINO LEONMÄNNO SCHILLER AB HER-

DERN, IVRIS VTRIVSQUE DOCTORÆ AC CAMERÆ

Imperialis Spiræ Aſſeſſori, domino ac patrono ſuo colendo,

Ioachimus Grellius S. D. P.



*V*itæ mediendæ ſcientia, Architeſtonica, Agricultura, aliæq; artes ad vitam hominum regendam atq; ſeruandam comparatæ, idoneæ, veræ, certaq; temporum obſervatione indigent, adeo vt, quotidiana experientia atteſtante, temporum ratione in ijs neglecta, ſæpius plus detrimenti, quàm commodi rebus humanis adferre conſpiciantur: Ita & hiſtoria, quæ vitæ memoria, lux veritatis, nuntia vetuſtatis, & vitæ magiſtra prædicatur, temporum certæ & apta diſtributio, ad rerum geſtarum integram notiſſimam tantoperè neceſſaria eſt, & habitæ, vt viri doctiſſimi, eam vnicam hiſtoria lucem, cynoſuram in vaſto cæcòq; hiſtoria pelago nauigantibus, ſalumq; Theſei certiſſimum ad eſſugiendos implicitos Labyrinthi errores dicere non dubitarint. Eſt enim hiſtoriarum cognitione nec in Eccleſia nec in Rẽpublica magis neceſſarium, nec ornamento vel decore præſtantius, nec vbertate emolumentorum

utilius, nec ad delectationem voluptatemq; accommodatius quicquam reperitur, tamen cum homines, eorumq; actiones quæ in hiſtorijs deſcribuntur, non ſolum tempore tanquam certa meſſura contineantur, ſed & eo, tanquam ſole quodam in orbe illuminentur, quæ id, quod meſſura dirigitur, abſque metiente rectè deſignari, vel luminis egent abſque eo probè inſpicere atq; diſcerni poſſe dixerit? Id itaq; populi prudentia clari & viri ingenio doctriſſimæ præſtantes perſpicientes, nec ſumptibus, nec laboribus in compendioſa veraq; temporum deſcriptione pepercero. Siquidem apud Hebræos, quorum Rẽpublica ab ipſo Deo inſtituta eſt, prophetæ verba dierum (ſic etenim Hebræi ea vocant) id eſt, annales & factos conſcribere ſunt ſoliti, & inde cum ad alias gentes orientales, vt pote Chaldeos, Aegyptios, & Perſas, tum deniq; ad Romanos hoc idem inſtitutum deſtuxit, vt libri factorum, in quos cuiuſlibet anni res inſigniores, cum meſſis atq; diei notatione referrentur, à pontificibus vel ſacerdotibus conſcriberentur. Poſtea verò id ſapientiſſimorum populorum inſtitutum viri docti ſecuti, rem eò deduxerunt, vt nulla ferè ciuitas vel Rẽpublica exiſteret, cui ſui antiquorum temporum obſeruatorum, factorumq; ſcriptores non fuerint. Sic Aſia Charaxem Pergamenum, Ephreſumq; Cydonem, Perſia Deſtaſthenem, Aegyptus Apionem, Iudæa Philonem, Aþrica Eruthoſthenem, Græcia Archiloſchum, Peloponneſus Hippium, Leſbus Theophratum, Athenæ Dexippum & Apollodorum habuiſſe leguntur. Nec minus hac parte ſapientie, quàm alijs artibus quamplurimi apud Romanos claruerunt. Nam vt nominibus eorum abſtineam, qui hiſtorijs ſcriptis earum occaſione tempora notarunt, factosq; magiſtratu digeſſerunt, quorum prolixus admodum eſt numerus, ſane tot in hoc ſtudio verſati fuerunt, vt cum cæteris gentibus omnibus hac in parte certare queant. Non eos à prima orbis origine repetere libet, at cum hæc ad iſtaſtigium perueniſſet, vt & imperij magnitudo, & Imperatorum ſalutitas, populiq; Romani virtus, ingenijs præclaris ampliſſimam ſcribendi materiam ſuppeditarent, reperti tamen fuerunt, qui ex temporum notatione non minus laudis hiſtoriarum conſcriptione ſe adepturos eſſe arbitrantur. Siquidem ipſe Cicero, tunc cum Rẽpublica Romana ſtorentiſſima eſſet, ſe tres libros verſibus de ſuis temporibus ſcripiſſe gloriatur. Et quantis idem laudibus Atticum ſuum extollit, qui magna cura notatis obſeruatiq; temporibus ſeptingentorum annorum curſum vno libro collegerit? Præclara quidem dignaq; laude hæc Attici opera, at non leuior Verrij Flacci conſenda, qui ſub Auguſto, Faſtis præcipuorum magiſtratum à ſe ordinatis, marmor eòq; parieti inciſis, ibidem loci iuxta Veſtæ ædem ſtatuum meruit, alioſq; poſt ſe ad ſimilis argumenti tractationem inuitauit. Nam hunc cum alij, tum M. Aurelius Crator, Antonini libertus, & Chryſorus imitati nomina & tempora annuorum magiſtratum ſq; ad ſuam ætatem perpetuauerunt, ſicuti & hos ſubſecuti Auſonius, Aurelius Caſſiodorus, alij nonnulli, itidem non ſine laude fecerunt, id præcipuè ſpectantes, vt hiſtoria Romana certæ veraq; temporum ratione conſtaret, nec horum incertitudine perturbata, cæca mutilaq; eſſet.

Verum enim uero eſt tanta populorum, vt certam temporum deſcriptionem haberent, curæ fuerit, doctiq; in ea eruenda & adornanda omni ſtudio laborarint, tamen vel quod pleriq; res citra publicam & probatam fidem, vt Meſtaſthenes exiſtimat, vel per opinionem atq; auditum conceptas memorie prodiderint, ſalutem eſt, vt nulla propè ſcientia maiori temporum obſcuritate, ambiguitate, ac incertitudine inuoluta obſcure ſit, quàm illa ipſa antiquitatis, temporumq; notatrix hiſtoria. Quamplurimis id, tam ſacris quàm prophanis exemplis probari poſſet, verum cum id ab alijs luculenter ſit factum, nec mei propoſiti ſit, integram de temporum varietate, conſuſione ac diſcrepantia diſputationem inſtituere, id vnus Linijs vel authoritate vel exemplo oſtendiſſe ſufficere. Annon iſtiusmodi magiſtratum conſulimq; conſuſionem reprehendit, & temporum ignorantiam, authorumq; varietatem deplorat? Libro ſecundo ab vrbe condita, pugna ad Regillum lacum commemorata, Tanti (inquit) errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magiſtratus, vt nec qui conſules ſecundum quosdam, nec quid quoque anno actum ſit, in tanta vetuſtate non rerum modo, ſed etiam authorum digerere poſſit. Et rurſus de varijs authorum opinionibus lib. 22. conquerens, Mirari (inquit) magis adeò diſcrepare inter ſe autores, quàm quid veri ſit diſcernere queas. Tales loci quamplurimi apud Linijs inueniuntur. Verum vt iuſtiſſimas eius querelas ac reprehentiones eſſe fatendum eſt, ſic ſunt, qui quod ipſe in alijs reprehenderit in eo ipſummet arguendū iudicent, cum præterquam quod interdum dubia, incerta, manca, atque acciſa tradiderit, etiam tempora ea, qua par fuiſſet diligentia, minimè digeſſerit. Quorum re-

prehensio quam iusta sit, non huius loci est disquirere. Caterum si quid huiusmodi ab eo timo Romanae historiae anthore admissum sit, equissimum arbitror, ut is, qui horum quid in ipso desiderat, perpendat, cum hominem, et nos simus, fuisse, nec omnibus quae in literis mandari inter fuisse, vel interesse potuisse: verum ex praecipuis historicis & annalibus, ipsum, ut in Praefatione fatetur, historias suas traduxisse & veluti mutasse, quemadmodum nobis iam ab ipsis veluti per manus tradita, ea sumere necesse est. Si quid itaque discrepans, ambiguum, vel incertum non unquam eius scriptis irrepserit, quis id potius benigne excusare, quam superciliose excipere non vellet? Quoties ipse testatur se non posse multa pro certo affirmare, ut libro tertio, ubi sic inquit: Difficile ad fidem est, in tanta antiqua re, quot pugnaverint, ceciderint, & exacte affirmare. Et quinto sic ait: In rebus tam antiquis, si quae similia veris sint, pro veris accipiantur. Septimo vero ita scribit: Cum non deesset, si qua ad verum via inquirentem ferret, nunc fama rerum standum est, ubi certam deroget vetustas fidem: Quid hisce Livij locis clarius, ipsum curae investiganda antiquitatis laborantem ad eius notitiam pervenire non potuisse? Ad haec historiam scire idem, prius scripsisse dicitur, non igitur mirum, si in summa historicorum, annalium, ac commentariorum penuria, quae tunc non sine magno sumptu atque labore describerentur, nonnulla interdum omiserit, vel memoria lapsus, diversa ac prope contraria scripserit. Nullus auctor adeo magnus est, qui alicubi non labatur. Errare humanum est, & nemo adeo providus ac circumspectus existit, qui alicubi non impingat, idque cum in alijs, tum maxime historicis videre est. Complures ante Timaeum Tauronem celebres historici vixere, sed omnes qui ante ipsum res gestas literis tradidissent, acerbis simis, ut Suidas inquit, reprehendit. Sic Athenensium ipsum Platonem atque Xenophontem accusat, quod quorundam tempora falsis & imperite notauerint, ut & Thucydides Hellenicum alioqui laudatum historicum, Halycarnassensis Tabiti historiam, Licinium, reliquosque eius aetatis auctores, & alij alios. In eundem quoque modum Aristoteles in Politicis, eos qui Lycurgum Theletis auditorem fuisse astruerent, graviter obiurgat, & Cicero scriptores quosdam, qui Numam Pythagorae discipulum fuisse dicerent, cum Pythagoras aliquot post Numam saeculis primum natus sit. Quinimo tam sedulo tantique erroribus historiam contaminarunt, ut Castor Rhodius Chronica & proinde composuisse legatur, quibus ignorantiam superiorum saeculorum refellit & emendavit. In tanta itaque errandi proclivitate, moleque laboris maxima, si praestantissimus auctor, de Romana historia optime meritis, humani quid passus sit, ac velut longo itinere defessus, de altero impegerit, venia id ac benigna interpretatione quam in seclatione dignius erit, nam ut est in veteri versiculo: Οὐδὲν ἀνθρώπων ἐστὶν ἀπὸ τοῦ θανάτου κωδός. Cum vero historia, ex Annij sententia, tunc demum integra atque certa censetur, si narratione, Topographia, & Chronographia, id est, certa temporum & locorum descriptione constet. Ideo docti quam plurimi magistratum Romanorum descriptionem aliquibus in partibus apud Livium imperfectam, & supputationem annorum, quibus quisque ab urbe condita Republica praesisset, interdum claudicantem, interdum ab alijs dissentientem animadvertentes, ne quid auctori Latinae historiae principi deesset, hunc utilissimum laborem susceperunt, ut temporum atque annorum seriem, annotatis consulum nominibus, ex his, quae relictae sunt, antiquitatum monumentis accuratè colligerent atque discernerent. Inter quos, ut quatuor Itali Bartholomaeus Marlianus Mediolanensis, Onuphrius Panvinus Veronensis, Carolus Sigonius Mutinensis, & Franciscus Robortellus Vinenis, merito laudandi sunt, qui magistratum Romanorum descriptionem ad lapides marmoreos Verrij Flacci (ut existimatur) Romae inter forum & sacram viam sub pontificatu Pauli III. anno quadragesimo sexto effoscos, atque in Capitolio expositos, tanquam ad Lydiarum lapidem accommodantes, non solum magistratibus Romanis pro annorum ratione descriptis, sed & tota historia Romanae incredibilem lucem attulerunt. Sic & vir doctissimus, Henricus Glareanus, sua laude minime fraudandus est, qui ardenti antiquitatis studio antequam Capitolinae tabulae erui fuissent, anno 4.0. fessos consulares librorum tantum subsidio adiutus, ad sexum viginti Tyberij annum deduxit, quorum veluti ductu alijs postea via ad meliorem quaerendam, & Romanae vetustatis decus recuperandum monstrata est. Ita ut qui eius laborem & insignem voluntatem in antiquis historijs restituendis & vindi- candis non agnoscat, vel laudi, vel ingrati animi morbum minime obsecrare poterit.


Tot itaque doctorum virorum operum Livij historia in multis partibus illustrata, cum viri optimi ac rei literariae iuvanda cupidissimi, Sigismundus Feinbentus & Georgius Corvinus Typographi Francofurtenses, de ea suis praebis exprimenda cogitarent, multarum consilij disquisitionis, eam rationem sibi sequendam putarunt, qua Livianae historiae editionem omnibus probare, gratiamque reddere possent. Cum ergo nihil eorum quod reliquae editiones habent, sibi omitendum esse ducerent, sed suam omnium aliarum dote condiderunt, ac prius Lugdunensi ac Basilienensi editioni Henrici Glareani, Venetae Caroli Sigonij Chronologia adiuncta fuisset, ipsi, quibus doctus & erantque probatam esse constaret, sed simul huic operi adiacere incommodum esset, ne quid hinc desideraretur, curarunt, ut ambe quasi in unam conflarentur, & anni nominaque consulum, ad Panvinij & Sigonij imitationem, tabulis Capitolinis, quoad id fieri posset, accommodarentur, et quae Glareanus interdum de consulum nominibus variantibus obiter annotasset, ea luculentius sususque, ex certis historicarum monumentis explicarentur. Quae res, quantum utilitatis seculi literatae sit, quam plurimis exponi posset, verum cum verear ne si id faciam, non tam instruenti huius fructus lectori ostendere, quam meam operam offerre videar, ab eo libens abstineo, optans, ut lector utilitates re ipsa potius experiat, quam ex mea commemoratione intelligat.

Cum vero pro veteri more, de patrono huic opelle deligendo dislicerem, atque de eo aunculi mei, collegae tui, consilium exquirerem, eo iubente, ut nulli alij quam tuae Excellentiae eius patrocinium desererem, id minime vel recusare, vel detestare volui. Nam etsi me tuae Excellentiae ignotum esse fatear, atque vel importunitatis vel impudentiae argui posse videam, qui eam publice compellere non dubitem, tamen cum id aunculi mei de tua excellenti virtute iudicium sit, ut statuat te benigne humaniterque huius opelle patrocinium suscepturum esse, in spem optimam venio, me id, si non merito meo, saltem sua intercessione citra repulsae periculum, à tua excellenti virtute impetraturum esse, idque vel ob id, quod haec opella talium rerum tractationem prosequatur, quas praestantissimi veteres iure consules à sua professione minime alienas arbitrati sunt. Siquidem P. Mutium Scaevolam, Rutilium Ruffum, Caecilium Arri- patrum, Enlidium, Tuberonem, aliosque complures Iurisprudentes, non solum iuris scientia, sed & historicarum descriptione

descriptione claruisse constat. Nec recentior Iureconsultorum aetas, eius generis exemplis caret. Celebris aeorum memoria Iureconsultus Claudius Seifellus natione Gallus fuit, cuius in Ius civile commentaria in quanto precio sint, excellentiam tuam minimè fugit. At hic studio iuridico historiae cognitione adiuncta, non minorem ex hac quàm illo laudem retulit: nam & Thucydidem, & Diodorum Siculum, & quaedam Xenophontis, aliaque multa Gallicè veritè, & quidem adeò feliciter, ut etiam ij, qui Græca lingua magnum usum habent, plurimum ei tribuant. Quid dicam de Alciato, qui ut veteribus Iureconsultis Iuris cognitione haud dubiè est comparandus, sic suum in historijs cognoscendis studium declarare non erubuit, eruditissimis annotationibus in Cornelij Taciti Augustam Historiam conscriptis, quò ea clarior intellectuque facilior per docta hominum ora volitaret. Sed quid externa exempla commemorare necesse est, cum nostratia suppetant? Ante aliquot annos vir doctissimus Volfgangus Humbergerus Spira ad tribunal iuri dicundo totius terrarum orbis amplissimum sedit. Is, ut docti attestantur, quozos per negotia licuit, non solum sibi vacationem ad historicorum lectionem desumpsit, sed & cum Cuspiniani Cæsares multis in locis aliena culpa deprauatos cerneret, eorum restituendorum laborem, magno cum studio forum fructu suscepit, crebrò affirmare solitus, Iuris civilis prudentiam historiarumque cognitionem, habita praesertim iusta ac diligenti temporum inter se, ac studij vtriusque collatione, ad efficiendum hominem politicum, reique publicæ maximè idoneum gubernatorem pariter currere debere. Vt itaque Excellentia tua ad horum imitationem sese componens, tantam sibi iuris scientiam comparauit, ut in amplissimo Camerae Imperialis iudicio iuri dicundo praesiceretur, sic minimè ambigo eam eorundem exemplo cognitione historiarum delectari, ac seuerioribus iuris studijs defatigatam ad amena historiarum vireta diuertere, ac inde animi recreationem petere. Et si ergo in spem optimam inducor, Excellentiam tuam huius opelle defensionem minimè grauatim suscepturam, tamen officiosè eam oro, ut audaciam hanc in ea compellanda tenuique opella ei offerenda, probare, meam de eius virtute & humanitate opinionem benignè admittere, meque numero eorum aggregare velit, qui eam omni studio obseruantiaque colere ac venerantur ex animo cupiunt. Ad extremum, ut me tua excellentia, sic eius valetudinem ac prosperitatem Optimo Maximo DEO commendo.

Data Kalend. Nouemb. Anno

M. D. LXXVIII.



CHRONOLOGIA IN TITI LIVII HISTORIAM, ACCOMMODATA AD TABULAS CAPITOLINAS, VERRII FLACCI,

ANNOTATIONIBVS UTILISSIMIS, VARIETATEM SEV DISSENSI-

nem autorum circa consulum Romanorum nomina demonstrantibus, illustrat.

DE CAUSIS DISSENSIONIS SEV
pugnantia historicorum in numerandis ac dige-
rendis annis ab urbe condita.



PROPOSITVM in fastos consulares historiae Livianae, incertitudine, obscuritate, ac discrepantia temporum ita inuolutos atque obsecutos, ut non solum huius seculi in Historijs exercitissimi viri, sed & praestantissimi historiæ Romanæ scriptores vetustiores, de ea subinde conquerantur, rem ab instituto nostro minime alienam facturos nos arbitramur, si breuiter causas huius dissensionis inquiramus, quod ijs cognitis, eam temporum supputationem sequamur, quæ historicæ veritati maxime congruere, & probatissimorum scriptorum autoritate ac testimonio niti putatur. Nam cum historia testis sit temporum, ut Cicero verisimè dixit, quid magis ab ea alienum est, quam si id, quod præcipuum in ea est, desideretur, ac quid prius, quid posterius gestum sit, nulla adhibita diligenti ratione, nescire? Diuersitatis itaque in supputandis ac digerendis consulum Romanorum annis tres præcipuæ causæ esse videntur.

Prior quot annis quo primi consules magistratum inierunt ab historicis Romanis non eodem modo, sed variè numeretur. Dionysius enim rerum Romanarum diligentissimus scriptor, lib. 1. in fine quarti, & in initio quinti, reges annos CCXLIII. regnasse scribit. Quod etiam ex Varonis annorum summa elicitur, & aliorum autoritate comprobatur. Mellala enim anno ab urbe condita CCXLIII. pulsus regibus, sub consulibus annuo imperio iura Romana fuisse tradit. Cui sententia & Livius in fine libri primi accedit: Regnatum (inquiens) Romæ ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quatuor. At Eutropius lib. 1. Romæ per septem reges annis ducentis XLIII. regnatum scribit, totidemque annos numerat Sextus Ruffus in sua Epitoma. In qua varietate id animaduertendum est, hoc ex singulorum regum quos enumerant, annorum summa, annis regum, interregni annum eximere, quem Dionysius, Livius, Mellala & alij interponunt. Idque rectè. Vno enim anno fuit interregnum post mortem Romuli. Re itaque diligenter inspecta, in enumerandis singulorum regum annis, tot eis Eutropius & Sextus Ruffus annos regni tribuunt, quot Dionysius, Livius & ceteri, ne hæc dissensio magna est. Alij verò ut est apud Eusebium in Chronico CCXLIII. annos tantum cum interregno reges regnasse scribunt, quorum sententiam secuti videntur Orosius, Iornandes, & Beda. Orosius enim libro secundo capite quinto anno iplo CCXLIII. Brutum consulem de filijs supplicium sumpsisse scribit. Idem Beda capite 66. & Iornandes confirmant. Huius autem varietatis causa est, quod cum reges non ita certos ac præfinitos annos regnarint, sed aliqui (ut Romulus) aliquot menses & dies excefferint, Dionysius & Livius eos pro integro anno computantes Tarquinio Prisco attribuerunt. Hi, quos

diximus, cum Eusebio, quia integrum annum non efficiebant, eos omiserunt, solum XXXVII. annis Prisco regi assignatis.

Huiusmodi eiusdem ferè formæ succedit, quod ut annum & mensem, sic & diem quo primi consules inierint, diuersi authores incertum faciunt. Plutarchus siquidem in problematis primos consules Kal. Ianuarij in ijs scribit, Macrobius verò lib. 1. Satur. cap. 7. Kalend. Iunij eos in ijs se innuere videtur, ex aliorum opinione tradens, Iunium à Junio Bruto dictum, quod hoc mense, id est, Kalend. Iunij, pulso Tarquinio sacrum Carnæ deæ in Cælio monte voti reus fecerit. Alij autem 6. Kalend. Martij id factum fuisse scribunt, freti antiquis lapideis Fastis, & autoritate Ouidij lib. 2. Fastorum scribentis:

*Tarquinius cum prole fugit, caput annua consul
Iura, dies regni illa suprema fuit.*

Sunt etiam qui Kalend. Quintil. id est, Iulij eos in ijs se putent, quorum sententia videtur accedere Iochimus Perionius lib. 3. de magistratibus Græcorum. In hac itaque opinionum diuersitate quæ sequenda sit summo opere ambigitur. Plutarchi quidem à viris doctissimis Ouphrio Panuino, & Sigonio iam pridem luculenter & eruditè est refutata, quod anno tantum sexcentesimo ab urbe condita consules Kalen. Ianuarij primurum inire cepisse constet. At in diei certi constitutione nec inter ipsos conuenit, Sigonio post Marlianum eò inclinante, ut die primum in ijs consulatus 7. Kalend. Iunij statuat. Panuino verò primos consules 6. Kalend. Martij creatos esse existimante. Nec solum in die in ijs primi consulatus hæc varietas deprehenditur, sed & quo subsequenti tempore cuiusque mensis die consules magistratum inire sint soliti, vique annum sexcentimum vix quidquam certi reperire licebit. Anno quidem quarto & quadragesimo postquam exacti reges fuissent, Kalen. Sextiles solennes magistratibus ineundis fuisse docet Livius, quor autem annos ille mos deinceps seruatus, vel quo tempore immutatus fuerit, non tradit vique ad annum CCCII. quo ait, Idus Maias solennes fuisse ineundis magistratibus, lib. 3. his verbis: *Idus tum Maias solennes ineundis magistratibus erant.* Hoc certè intelligi potest, cum hoc tempus dicat fuisse solenne, non duobus aut tribus annis id obseruatum esse, sed pluribus. Solenne enim dicitur id, quod legitimum est, & fieri solet. Rursus mutatum tempus in ijs ferè quinti legitur. Nam cum solennes dies ineundis magistratibus essent Nonæ Decembres, eum mutatum esse dicit his verbis: *Primores patrum, siue culpa, siue infelicitate imperatorum tam ignominiosa clades accepta esset, censuere non expectandum iustum tempus comitorum, sed exemplo nouos tribunos militum creandos esse, qui Kalend. Octobribus magistratum acciperent.* Itaque sententiam cum pedibus iretur, ceteri tribuni militum nihil contradicere. At enim uero Sergius Virginiusque propter quos penitere magistratum eius anni Senatui apparebat: primò deprecari ignominiam, deinde intercedere Senatui consilio, negare se ante Idus Decembres solennem ineundis magistratibus diem honore ab iros esse. Paulo infra eadem pagina, ex Idibus Decembribus in Kalend. Octobres mutatum esse diem solennem ineundis magistratibus docet. Cum omnium consensu approbata esset oratio, gauderentque patres sine Tribunitia potestatis terribilis inuentam esse aliam

vim maiorem ad coerendos magistratus, victi consensu omnium, comitia Tribunorum militū habuere, qui Kalend. Octobrius magistratum occiderent, sequē ante eam diē magistratu abdicauere. Paucis annis hic dies seruatus fuit. Nam sexto ferē anno post, quod consules morbo impliciti essent, placuisse Kal. Quintiles solennes esse, dicit: Consulibusque morbo implicitis placuit per interregnum renouari auspicia. Hunc etiam diem in alium esse incertum, mutatum inuenio, neque etenim dies nominatur. Hoc autem anno ccccxiii. post vrbem conditam accidisse reperio. Quod Liuius initio ferē lib. 3. doctis verbis iussis que ante tempus consulibus abdicare se magistratu, quo maturius noui consules aduersus tantā molem belli crearentur, religio incessit, ab eis quorum culpa imminutum esset comitia haberi. His enim verbis, quod maturius, &c. mutatum fuisse solennem diem ineundis magistratibus indicat. Vt autē hic incertus est dies, sic certus est is, qui paulo post, id est, octauo inde anno statutus est Kal. Quintiliū. Ex templo igitur, inquit, noui cōsules L. Æmilius Mamerkus, & Cn. Plautius eo die Kal. Quintilibus quo magistratus inierūt comparare inter se prouincias iussi. Mensē autem quo diuinitimē comitia sunt habita, Februarium fuisse legimus, & Idus Martias diem solennem ineundis magistratibus: Semper enim tenuit bello Punico secundo, & bello Macedonico atque etiam eo diutius. Id quod Liuius docet multis locis quos ascribere superuacuum esset, vt in initio lib. 6. de bello Punico secundo: in initio lib. 1. de bello Macedonico. Ex quibus quis non perspicit magnā mensis atque diei quo magistratus inire sunt soliti, varietatem esse? Cū verō omnis supputandi temporis certitudo ab exacta, firma, itaque annorum mensium atque dierum ratione pendeat, nec quo anno, mense vel die magistratus inire sint soliti, certē in Historia I. iuiana reperitur, vel quando ea ratio mutata sit exprimitur, imō nihil labantius inconstans que vsque ad annum dxxx. fuerit, quā solennis ineundo magistratui dies, quis iniretur diffensionem inter authores in temporū supputatione esse: hoc anni initium ab hoc mēse illo ab altero inchoante, & vno magistratus creatos huic anno ascribente, altero eos ad alium annum referente?

Tertio cū inter Dionysium & Liuium tam temporum atque annorum, quā rerum gestarū ratione, magna sit diffensio, hæc inde nata videtur, quod minimē Liuii propositum fuerit, vetustissima quæque populi Romani gesta accurata explanatione prosequi, quæ a multis diligentissimē descripta & edita iam antē erant, sed ea porissimum literarum monumentis mandare, quæ paulo ante bellum Punicum secundum ad suam vigē aetatem a populo Romano gesta fuissent. Quia verō vt grauissimē Polybius scribit, per particulare historiam vniuersam nequam intelligi possunt, & historici studium potius in vniuersali quā particulari historia occupari debet, ideo ne tantum opus principio carēs manuum mutilumque esset, breuiter & exiliter xx. libris prioribus ab vrbe condita vsque ad initium secundi belli Punici populi Romani gesta perduxit. At Dionysius ex professo descriptione antiquissimarū rerum Romanarum suscepta, nihil memoratu dignum prætermittendum duxit, sed quæ cū ad rerum gestarum tum temporum expositionem pertinerent diligentissimē est confectatus, ita vt quæ Liuius vix tribus libris comprehendit, ipse vndecim enarrarit. Hinc si quis veterē Romani imperij originem apud Dionysium legat temporumque rationem apud ipsum examinet, accūm Liuii breuitate comparet, haud dubiē illius diligentia huius festinationi præponet. At vtriusque instituto cōsiderato, vtriusque suam laudem æquus lector deferet, ac si Liuius tanquam ad alia festinans, nonnulla vel omiserit, vel negligētius tractarit, id exultatione potius, quā insectatione dignum iudicabit.

Hæc tribus & alia adiungi possent, vt constitutio annorum Romuli, & varietas de anno vrbis conditæ, sed

hæc attigisse, quasi quæ digito monstrasse satis est. Hoc verō obiter lectorem admonere volumus, nos licet tabulas lapideas Verrij Flacci in digerendis consulibus nobis sequendas proposuerimus, & ad eas supputationem annorum accommodauerimus: tamen ijs annum quem Verrius ante annū vrbis ccl. cum altero reiecit, apposuisse, vt Varronis annorum summæ conueniret. Id quod & ante vir doctissimus Onuphrius Panuinius in suis Fastis fecit, existimans, alterum quem Verrius eumque secuti expunxerunt, fuisse cxxx. quem ob id sine consulibus ex Fastis Capitolinis apposuit.

DE RATIONE NUMERANDI tempora apud Romanos obseruari solitas, & de anno vrbis conditæ.

Alia atque alia apud antiquos annorum supputationes fuerunt: Achaei ab astrorum reuolutione eas accipisse leguntur. Argiui à sacerdotibus feminis, vt si sacris hoc anno præfecta fuisset Chrysis, à Chryside annorum numerum accipiebant. Multi verō rerum gestarum festiā ab annis ante Troiam conditam, vel post captā deduxerunt. Anno verō ab eius captiuitate cccviii. Olympico certamine, quod Hercules in honorem atque matrem instituit per filium eius Iphicium, vel vt alij volunt, Iphitum restaurato, ex eo tempore per Olympiades anni numerari cepti sunt, maximē apud Graecos, quorum historiam ab Olympiadis primæ tempore tantum creditam affirmat Eusebius. Hebraei vt alij orientales populi, anni nomenclaturam a regibus suis sumptere. Athenienses ab Eponymis (vt vocarunt) nisi quod in ἀρχιπροστας, id est, magistratum electione sub anni principio fieri ad aliquot dies solita ita supputabant, ὅτι ἀρχὴ τῆς ἀρχιπροστασίας τῆς δεκάτης, ἢ ἐνδεκάτης, primæ prytaniæ decima aut vndecima. Ac inde τὸ ἐπιονύμιον, nomen sumptū esse videtur, quasi vnde res gesta rationem temporis, nomenque acciperent: ad Atheniensium exemplum, vt & aliorum Factorum seriem, rerumque gestarum memoriam Romani à consulibus notant, annum vrbis conditæ interdum adiacentes. De eo verō multo maior quā quo primi consules inierint apud authores diffensio est. Cū verō eius rei expositio ab hoc loco minimē sit aliena, breuiter, quæ autorū de vrbis conditæ tempore opinio fuerit, enumerabimus.

Timæus itaque Siculus, vt ab ijs, qui communi aliorum sententia remoritur eam conditam fuisse scripserūt, incipiam, nescio qua ductus ratione, vrbem ipsam à Romulo adificatam retulit, eodem ferē tempore, quo à Tyrijs Carthago, in Africa, octauo & trigésimo ante primā Olympiadem anno:

L. Cincius vir senatorius anno quarto duodecimæ Olympiadis.

Q. Fabius Pictor rerum Romanarum grauissimus & antiquissimus scriptor, anno primo octauæ Olympiadis.

Polybius Megalopolitanus & Diodorus Siculus Olympiadis septimæ anno secundo.

Apollodorus, Q. Lutatius Catulus, C. Cornelius Nepos, Eratosthenes, M. Porcius Cato, Dionysius Halicarnassensis, & Theophilus Antiochenus Olympiadis septimæ anno primo.

M. Verrius Flaccus author tabularum Capitolinarum, T. Liuius, C. Iulius Solinus, Clemens Alexandrinus, & alij Olympiadis sextæ anno quarto.

L. Taruntius Firmanus, M. Terentius Varro, T. Pomponius Atticus, M. Tullius Cicero, Augustus Cæsar, C. Velleius Paterculus, Tiberius Claudius, Cæsar Augustus, C. Plinius II. Plutarchus Chæronæus, Domitianus Cæsar Augustus, P. Cornelius Tacitus, Celsus Dio, A. Gellius, L. Septimius, Seuerus Augustus, Cenforinus, M. Iulius Philippus Augustus, Eusebius Pamphili Cæsariensis, Eutropius, Paulus Orosius, Paulus Diaconus Longobardus, & post C. Cæsaris Dictatoris tempora cōmuni populi Romani sententia, quam nos quoque sequimur, Olympiadis sextæ anno tertio vrbem conditā esse volūt.

Quibus verò rationibus persuasi singuli harum de vrbē condita opinionum auctores sententias suas confirmaverint, minimè necessarium est hoc loco demonstrare: tum quòd hoc alterius negotij sit speculari, tum etiā, quòd post Plutarchum in Romulo, Solinum cap. 1. in Polyhistorē, atque ibidem Camertem in annotationibus ab Onuphrio Panuino lib. 1. Factorum id ita sit pertractatum, vt nulla amplius examinatione egeat.

Dies autem, quo vrbis fundamenta iacta à Romulo fuerunt, fuit 11. Kalen. Maij, qui Parilia vel Palilia appellabatur. Hæc autem erāt Pales pastorum deæ festa, quæ à pastoribus 11. Kal. Maij agris celebrantur, ad lupos arcedos, vinobosque à pecore pellendos, seu pro partu pecorum, mōde & Parilia dicta. De hac re Propertius lib. 4.

Vrbi festus erat, dicere Palilia patres,

Hic primus cepit manibus esse dies.

Quidius quoque 4. Factorum ait:

Cpta dies legitur qua mœnia signet aratro,

Sacra Pales adorat, inde mouetur opus.

Idem confirmant M. Tullius, Plutarchus, Solinus & alij, Palilia autem celebrari solita fuisse 11. Kalend. Maij, haberetur ex antiquis marmoreis, Romanis Calendarijs, ijsdemque qui citati sunt, authoribus.

DE PRIMIS VRBIS ROMÆ MAGISTRATIBUS, nimirum Regibus, quorum septem fuerunt.

Quæ Reipublicæ administrandæ genera à veteribus commemorantur, ea vrbis Roma siue fatali necessitate, siue perturbatione quadam singula pertulit, ita vt nulla ferè Reipublica inueniatur, in qua ea sibi ita successerint, atque in ipsa vrbē Roma. Initio namque eam gubernarunt reges, ijs verò propter immoderatam quandam in ciues libidinem atque audaciam exactis, consules & inde tribuni militum consulari potestate imperium tenere, postea optimo Reipublicæ statu duorū Gracchorum, Saturnini ac Drusi, amentia perturbato, trib. pleb. donec quod eorum potestate à Sy. conuulsa, ac plebe agris pulla ac trucidata, optimatibus Reipublicæ gubernatio est restituta: tandem verò ea rursus per civile Pompeij ac Cæsaris bellum oppressa, Reipublica ad vniū Cæsaris dominatum recidit, in quo etiam paucis annis triū virorum nefaria libidine exagitata, eo vsque quo penitus collaberetur, permansit. Nos itaque ea, qua sibi hæc genera serè successerūt breuiter persequemur, à regibus initium facientes.

37

ROMVLVS.

Vrbis conditor imperium tenuit annos triginta septem. Tot enim ei tribuit L. ius. Idem Dionysius in primo, id quod & libro secundo repetit, à quibus Plutarchus in Numa non discrepat, licet in Romulo trigesimo octauo ætatis anno è vita migrasse scribat. Solinus itidem res eius gestas commemorans, ei triginta septem annos tribuit. Solus Eutropius lib. 1. cap. 4. annos ei triginta nouem assignat, sed corruptum esse exemplar Cuspinianus nō male exillimat. Hic verò cum ex communiori authorum sententia, annos triginta septem regnasset, atque imperium Romanum multis præclaris legibus ac institutis fundasset, domesticamque disciplinam ac militarē stabilisset, Nonis Quintilibus mortuus est, qui dies Nonæ Caprotina, quòd is ad Capræ paludem exercitum recensens non comparuerit, ac populi fuga ob consternatum repentinam regis morte populum, Plutarcho & Dionysio testibus, postea appellatus est. Idem post consecrationem Quirinus dictus, cuius cognominis has causas reddit in Falstis Ouidius:

Sive quòd hasta Quiris præcis est dicta Latinis,

Bellicus à telo venit in arma Deus.

Siuc suo regi nomen posuere Quirites,

Seu quia Romanus vicerat ille Cures.

Hic verò incerto patre natum, & spurium fuisse cum alijs placet authoribus, tum maximè Plutarcho in Theſeo, vetus tamen opinio fuit eum ex Marte, & illa siue Rhea, siue Siluia (hæc enim omnia eius nomina traduntur) Vestali virgine, furtiuo fuisse concubitu genitum, eundemque à roma, id est, vrbē, Romum primum, dein de blandiendi causā Romulum, appellatum.

INTERREGES.

Annus, post Romuli mortem, patrum anintos certamen regni ac cupido versare cœperunt, dum autem ad singulos, quia nemo magnopere eminebat in nouo populo, peruenérat factiones, inter ordines certabatur. Oriundi à Sabinis, quia post Tatij mortem ab sua parte non erat regnatum in æqua societate, ne possessionem imperij amitterent, sui corporis creati regem volebant. Romani veteres peregrinum regem aspemabantur. In varijs tamen voluntatibus regem omnes volebant, libertatis dulcedine nondum experta. Timor deinde patres incescit, ne ciuitatem sine imperio, exercitum sine duce, multatū circa ciuitatū irritatis animis, vis aliqua externa adoriretur, ita rem inter se ducti patres decem decurijs factis, singulisque in singulas decurias creatis, qui summa rerū præessent, consociarunt. Eos autem tum centū Senatores, L. ius, Plutarchus centum & quinquaginta, Dionysius verò cc. fuisse scribunt, centum videlicet ex Sabinis, & totidem ex Romanis: postea autem forte missa, eorum decuria cui primò fors obtingisset, vrbē imperitabat, non autem simul omnes decem, sed vnus tantū, cum insignibus imperij & lictoribus erat: quinque dierum spatio finiebatur imperium, ita vt vniuscuiusque decurie patres quinquaginta dies vrbē præessent. Quinque enim diebus exactis, is cui primum in ea decuria imperij fors obtigerat, secundo tradebat cum imperij insignibus potestatem, atque ille tertio alijs quinque diebus finitus: atque ita vsque ad decimum, elapso primis decem interregibus quinquaginta dierum spatio, alia senatorum decuria eadem ratione alius L. dies vrbē præerat, ac per omnes in orbem ibat, donec annuū interuallum regni exactum fuit. Id ab re, quod postea quoque tenuit nomen interregnum appellatum est, hominesque ipsi interreges. Hoc itaque anno primo apud Romanos interregis magistratus inuentus est. Non autē solum mortuo Romulo ad interregnum ventum est, sed etiam post Numa, Tullij, & Anciregum excessum. Itemque Reipublicæ tempore post annuorum magistratuum tempus exactum, ante nouorum creationem quàm sapissimè. Quibus comitia habentibus, noui magistratus à populo creabatur. Interregis autem munus erat per omnes dies interregni sui, qui ex more veteri quinque dierum non excedebant ea omnia obire, quæ vel regum vel cōsulum in vrbē fuissent. Perinde ac ius dicere, Reipublicam administrare, senatum habere, ad eumque de rebus referre, subrogandisque magistratibus comitia habere: Plutarchus in Numa, Eutropius, Sextus Rufus, Eusebius, & alij veteres scriptores, multa prodidere.

NUMA POMPILIUS REX SECUNDUS, regnauit annos

43

Anno interregni finito, cum grauis populo Romano videretur ea regnandi ratio, plebs enim fremere multiplicatam seruitutem, ducentos pro vno dominos factos: patres id sentientes, in hoc tandem conuenere, vt veteres senatores regem crearent, quem vellent, præterquam sui corporis. Quare Numa Pompilius, quòd æquitate & prudentia omnes excelleret, Curibus vrbē Sabinorum in regnum vocatus est. Eum autem regnasse annos XLIII. omnes conueniunt præter Eutropium, Eusebium & Casiodorum, recentiores scriptores, qui XLII. produnt, vt Onuphrius & Sigonius annotarunt. De eo Dionysius lib. 2. L. ius lib. 1. Solinus cap. 2. Plutarchus, Plinius

Plinius, & Eutropius, in eius vita, itemque Valerius Maximus pleraque prodidere. Obijt autem non longè octogenario maior, vt inquit Plutarchus, natus enim erat, eodem teste, eo die quo Romulus urbem condiderat. Vide licet XI. Kalend. Maij. Ad nomen verò Numæ quod attinet, sunt qui volunt esse Pompilij prænomen. Sed ex verbis Sexti Pompeij apparet Tullium & Numam non esse prænomina, idque etiam inde conijcere licet, quòd filij Numæ alijs varijsque, quàm familiæ nominibus à Dionysio appellantur. Erant itaque qui existimant Numam, vt Ancum, Aruntem, Volusum, Drusum, Faustum, Iulium, Mamurium, & alia quædam cognomina, prænomina esse, prout Marlianus in suis annalibus rectè annotavit.

32
TVLLVS HOSTILIVS III. ROMANORVM REX, REGNAVIT ANNOS

POST mortem Numæ cum ad interregnum ventum esset, factum est Senatusconsultum, in quo approbante plebe, auctoribus patribus rex Romanorum tertius creatus est Tullus Hostilius, anno urbis conditæ 38. qui, Alba euectus, Albanos Romam transire iussit, plebi civitate data, ac primoribus in patres lectis. Hunc post Numam annos 32. regnale, omnes scriptores constantissimè tradunt. Extinctus autem est, Dionysio teste, in censa domo cum vxore & filijs, atque alia familiari turba omni, igne comprehensa. Succensam eius domum alij dicunt per fulmen ira Dei, ob quorundam sacerdotum intermissionem, alij insidijs Anci Martij, qui post eum regnavit. De quo Dionysius in tertio. Hosti prænomen eum tullile inde apparet, quòd pater & avus idem tulerint. Rex verò fuit non solum Numæ dissimilis, sed etiam Romulo ferocior.

24
ANCVS MARTIVS III. ROMANORVM REX, REGNO PRÆSUIT ANNOS

POST Tulli regis obitum Interrex à patribus proditus est, quo comitia habente anno urbis conditæ CXXIII. Ancum Martium quartum Romanorum regem populus creavit, patres auctores futere. Hic Hostiam sexcodecimo milliari ab urbe condidit, & septem bella gessit, Annos XXIII. Livijs, Dionysius, atque Solinus, ei tribuunt Eusebivs verò, Eutropius, & Calsiodorus XXII. Qua morte perierit nec Livijs in primo, nec Dionysius in tertio explicant, vbi tamen copiosissimè res eius gestæ enumerantur. Ancus verò, vt Sextus Pompeius tradidit, appellatur, qui aduncum brachium habet, vt ex porrigi non possit.

38
LVCIVS TARQVINIVS PRISCVS V. ROMANORVM REX, REGNO PRÆSUIT ANNOS

HIC Anco moriente, cum tutor liberis suis relictus esset, regnum ambitiosè primus, & ad conciliandos animos oratione habita interceptis, pueris Anci filijs interregni tempore tanquam venatum ablegatis, rex autè ab interrege iussu populi, patribus auctoribus proditus est, Anno urbis conditæ 228. Olympiade 41. Postremò verò bellica virtute & pacis artibus clarus Octogenario maior, insidijs duorum Anci Martij regis filiorum extinctus est, Anno regni duodequadragesimo, vt Livijs & Dionysius, quorum sententiam secuti sumus, tradunt, vel triginta septem, vt Solinus, Mellala, Rullus, Eutropius, Calsiodorus, Eusebivs, & Bedas, prout & antè exposuimus. Priscus ita dictus, quia prius fuit quàm superbus, inquit Sextus Pompeius, cui assentitur Dionysius & Laurentius Valla, scribens nomen Prisci, non à sui temporis hominibus, sed à posteriori sæculo inditum fuisse. Livijs autem cognomen Prisci ei fuisse inditum iam tum, cum primam venit in urbem, aperte ostendit, & sic prius, quàm Superbus nasceretur. Hic antea Lucumo vocabatur Danarathi Corinthij filius ex Brachiadum familia oriundus,

SERVIVS TVLLIVS ROMANORVM REX, SEXTVS, REGNAVIT ANNOS

44

CÆSO Prisco Tarquinio, statim iniussu populi, patrè tamen consensu primus regnum Romanum suscepit Servius Tullius, Anno urbis conditæ septuagesimo sexto. De cuius conceptione non prætereundum est, quod tradit Plinius lib. 36. Tarquinio Prisco regnante, repente in foco comparuisse genitale masculini sexus, eamque ibi sederat Tanaquilis reginæ ancillam Ocrisiam captivam cõsurrexisse grauidam, ita Servium Tullium natum, qui regno successit. Inde & in regia cubanti puero caput arfisse visum, creditumque Laris familiaris filium, ob id compitalia & ludos Laribus primum instituisse. Plura de eius genere Plutarchus in libro de fortuna Romanorum. Tanaquillidis verò astu factus suæ regnum adeptus est, quarto Olympiadis quinquagesimo anno, quadraginta verò quatuor annos gubernans, insidijs Tarquinij generi & Tullie filie impiè occisus est, in vico à re ipia scelerato dicto: De annis huius regis non nihil controuersie inter scriptores est. Livijs enim, Dionysius, & Solinus, quos hic secuti sumus, eum annos XXXIII. regnasse scribunt. Messala verò Corvinus, Sextus Rullus, Eutropius, Eusebivs, Calsiodorus, & Bedas, tantum triginta quatuor, verum eos decem, postea Tarquinij regno adiungentes nihil annorum huic summæ offiunt. Nam quos Livijs, Dionysius, & Solinus viginti quinque faciunt, eos XXXV. scribunt. Servius hic à fortuna propria, quod eum seruies peperisset Ocrisiam captivam, pulcherrima prudentissimæque Corniculana mulier. Tullius verò à cognatione nomine patris dictus est, vt Dionysius in quarto, res eius gestas plures enumerans, scribit.

L. TARQVINIVS SVPERBVS VII. ROMANORVM REX, REGNAVIT ANNOS

25

ANNO urbis conditæ CCXX. occiso Servio Tullio rege, non per interregem, legumque iure, sed armorum vi regnum Romanum L. Tarquinius iunior inuasit, Superbus dictus à morum acerbitate, quia foeceri à se occisi corpus sepulturæ mandari vetuisset, Romulum quoque insepulchrum perijisse dicebant. Tum L. Tarquinij Prisci regis filium fuisse prodiderunt Q. Pictor, Cn. Cellius, & Cincius Maecr, Verrius Flaccus, & Livijs, Dionysius tamen ex I. Pisonè Censorio in annalibus firmissimis certissimisque rationibus errorem illorum conruit, idèque haud fieri potuisse ex certa annorum ratione ostendit, Nepotem autem Prisci fuisse ex filio, qui Prisco viuente obiit, regnavit autem annos viginti quinque, vt L. Iulio lib. 1. Dionysio in quarto, & Solino in Polyhistorè suo placet: Calsiodorus autem, Eusebivs, Eutropius, & Bedas ei triginta quinque ascribunt, decem annos, quos Servio Tullio abstulerunt, huic addentes, & per hoc iunioribus errandi occasionem præbentes. De eo plura scripsere Dionysius, Livijs, vterque Plinius, Valerius Maximus, Cellius, Macrobius, & Eutropius. His ergo regum annis in vnum collectis, & ex ijs numerus annorum CCXLIII. resultabit.

DE CONSVLIVS PRIMVM CREATIS.

HÆC est sèctunda mutatio Reipub. qua Superbo rege cum propter reguandi impotentiam, tum propter stuprum Lucretiæ à regis filio Sexto illatum, exacto, & libertate recuperata, imperium duobus viris annuè mandatum est, qui initio prætores quòd populo præessent, dein de iudices, quòd controuersas ciuium diiudicarent, postremò verò consules, quòd Reipublicæ consulerent, nominati sunt, vt Cicero lib. 3. de legibus docet his verbis: Regio imperio duo sumto, ijsque præuendo, iudicando, & cõsulendo prætores, iudices, consules appellati, militiæ summum ius habent. Creati autè sunt primi consules. Prætores

prætores à Sp. Lucretio Lucretiæ patre inter rege, comitijs centuriatis ex commentarijs Seruij Tullij regis. Omnia iura, omnia insignia regum primi consules habuere, id modò cautum est, ne si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur: patrij autè ambo creati sunt, quod idcirco admono, vt progressus Reipub. cognoscatur, cum post etiam ex plebe sint creati cepti. Porò verò de anno, mense, & die, quo primi consules inierint, nonnulla hic dicèda essent, quia autem supra de varietate & diffensione, quæ de hoc inter authores est, diximus: idèò his prætermisissis ad ipsos consules accedamus, qui primi suffile omnium testimoniò perhibentur.

245 *L. Iunius Brutus. L. Tarquinius Collatinus.*

Nemo non prodit L. Iunium Brutum & L. Tarquini-um Collatinum primos consules seu prætores populi fuisse, qui in fine anni vrbs CCLXIII. Kalen. Martij regib. Tarquinijs patre scilicet & filijs vrbe exactis, centuriatis comitijs renuciati sunt. At cù Brutus Tarquiniu collegam suum consulatu se abdicare coegisset, vel quod propter affinitatè & nomè Tarquiniorum suspectus esset, vt L. Piso, apud Gellium lib. 15. cap. 29. Liuius, Plutarchus, ac Cicero lib. 3. Officiorum scribunt, vel ob ortam inter Brutum & Collatinum diffensionem, de sororis Collatini filijs puniendis, vt Dionysius tradit, in eius locum P. Valerium Volusi F. Volusiu, cuius præcipue opera in expellendis regibus vsus fuerat, subrogauit. Cuius consulatus meminere Polybius lib. 3. Dionysius, Liuius, Valerius Maximus libro 4. cap. 4. Plutarchus in Poplicola, Plinius lib. 36. cap. 15. Valerius verò Bruto in magistratu ab Arunte Superbi regis filio (mouerat enim rex Romanis bellum) interfecto: comitijs centuriatis habitis Spurius Lucretium Tricipitinum patrem Lucretiæ sibi cooprauit: eique vt natu grandiori fasces dedit, mox cum iam ætate confectus esset, eo intra paucos dies mortuo, M. Horatium Puluillum collegam sibi in consulatu assumpsit. Hic Valerius Poplicola vocatus est, quod in magistratu leges tulit valde populares, vt de prouocatione à consilibus ad populum, & de imperio à populo accipiendo, vt Liuius & Dionysius authores sunt. In vulgaribus tum in antiquis manuscriptis codicibus, (errore ne an studio incertum est) Publicola semper legitur, eadem certe significatione, verum ijs literis aliquantulum variatis, quæ nihilominus maximam inter se affinitatè habent, vt scribit Quintilianus, vt O cum V, & P cum B: legitur enim in antiquis inscriptionibus, sæpè Poplicus pro Publico. Primo itaque anno post exactos reges, Romæ cōsules hi fuere: L. Iunius Brutus, L. Tarquinius Collatinus, P. Valerius Poplicola, S. Lucretius Tricipitinus, M. Horatius Puluillus.

246 *P. Valerius II. P. Lucretius.*

Authores de horum consulatu sunt Dionysius, Liuius, & Casiodorus, Onuphrius. Paninius Lucretio nomen Tricipitini adiungit, tum quod familia proprium fuerit, tum quod ab antiquo Falorum scriptore, qui est in Cuspiniani commentario Tricipitinus appelletur. Publij verò, authore Sexto, Etymologia duplex est. Nā alij qui publicè educatus sit, alij verò qui prius fuit pupillus, quàm prænomen haberet, Publium vocant.

247 *P. Lucretius. P. Valerius Poplicola III.*

Liuus hunc Lucretium, P. alij verò codices T. Lucretium nominant, Dionysius P. Valerium Poplicolam III. & M. Horatium iterum, consules fuisse scribit. Plutarchus de tertio tantum P. Valerij consulatu mentionè facit. Onuphrius & Sigonius Dionysium sequuntur. In Casiodoro desunt hi consules.

248 *Sp. Lartius. T. Herminius.*

Post Poplicolam III. & Puluillum II. consules Dionysius posuit Sp. Lartium, & T. Herminium, idem facit Casiodorus, & liber incerti authoris qui à Culpinia-

no citatur, in quo ita est Poplicola III. & Puluillo.

Ruso & Aquilino.

Valerio & Tuberto.

Liuius hos omittit, atque M. Valerium & P. Posthumium subijcit, sed vt Sigonius existimat vitio librariorū.

Huius quoque anno interpositionem necessariam esse ex M. Ciceronis Bruto existimat Onuphrius: nec hos cōsules à Verrio Flacco respui in tabulis Capitolinis satis constat. Lartius autem nomen à Larte deriuatum est; atque ita scribi debet, non Lartius, vt deprauatè in nonnullis Liuij & Dionysij libris extat. Herminij autè cognomen esse Esquilinū existimat Onuphrius, tum quod eius cognominis mentio extet in fragmento tabularū Capitolinarum, tum quod cuius familiae fuerit, à nullo vnquam sit proditum. Sp. autem Lartius frater fuit T. Lartij primi dictatoris, vt scribit Dionysius.

M. Valerius. P. Postumius.

249

Plutarchus M. Valerium Poplicolæ fratrem tradit, vt & Dionysius & Liuius, ergo rectè Volusi filius. Postumius cognomine vsus est Tuberto Zonaras: Plutarchus in Poplicola, Dionysius lib. 5. & 6. Hunc Quinti filium vocat Dionysius, vbi de legatis consularibus agit ad plebem misis anno CCLX. Postumium autem, vt admonet Onuphrius, sine aspiratione, idèò à veterib. scriptum est, vel quod à postea postumus, postimius, deinde Postumius deriuetur, vel quod antiqui Vmus sine aspiratione scriberent. Dicitur autem Postumius, qui postremo loco natus est, authore Cællio in Commentarijs lectionum antiquarum. Iureconsulti tamen vocabulum aspirantes eum solum, qui post mortem patris natus est. Posthumium vocant, quorum opinioni assentitur Varro, & Plutarchus in vita Sylla.

P. Valerius III. T. Lucretius.

250

Dionysius, Liuius, Plutarchus, & Casiodorus, hos consules in hunc annum produnt. Fasti Cuspiniani Poplicolam III. & Tricipitinum edunt. Valerius Maximus lib. 4. cap. 4. Valerius Poplicola, inquit, consulatus initium cum Bruto auspiciatus est, idemque postea tres consulatus acceptissimos populo Romano gessit.

Agrippa Menenius. P. Postumius.

251

Dionysius hoc anno habet cōsules Agrippam Menenium Lanatum, P. Postumium iterum, Liuius, Casiodorus, liber Cuspiniani, & Fasti Græci non differunt. Valerius lib. 4. cap. 4. cum M. Menenium Agrippam vitiosè nominat. Agrippæ autem nominantur, qui cum labore matris eduntur, hoc est, per pedes contra naturam, non per caput, ægro partu.

Opiter Virginius. Sp. Cassius.

252

Liuus, Zonaras, & Casiodorus, hos ita simpliciter nominant: Dionysius vberior est, habens Sp. Cassius Viscelinus, & Opiter Virginius Tricolus. Quem autem Dionysius *ὁκαλῶν*, Cicero in Lælio Cassium Becellinum, Fasti Cuspiniani Viscellinum vocant, vt à Viscello Viscellus, deinde Viscellinus deriuent. Opiter verò, vt & id obiter animotemus, inquit Sext. Pompeius, est, cuius pater auctore viuo mortuus est, ducto vocabulo, aut quod post obitum patris genitus sit, aut quod auctore ob patrem, id est, pro patre habeat.

Postumius Cominius. T. Lartius.

253

Sic Liuius, Dionysius, Zonaras, Casiodorus, simpliciter hos nominant, Fasti Cuspiniani, Postumo Auruncij, Lartio Ruffi cognomen tribuunt. Quos autem liber Cuspiniani Ruffos dicit, eos Fasti Græci diuersa voce, sed eodem significatu, Flauos appellant.

Ser. Sulpitius. M. Tullius.

254

Nvlla his Liuius & Casiodorus cognomina tribuunt, Siculi Fasti Sulpitium Camerinum, vt & Fasti Cuspiniani, Tullium verò Longum, vt & Dionysius, cognominant. qui Manium Tullium in Magistratu mor-

uuuuu

rium esse scribit, neque in eius locum quenquam, quia propè in fine annus erat, subrogatum. M^o Tullij consulis meminit Cicero in Bruto, cum ait: Ut si me à M^o Tullio dicerem, qui patricius anno x. post reges exactos cum Ser. Sulpitio consul fuit. Manius verò, ut inquit Sext. Pompeius, prænomen dictum est ab eo, quod manè quis initio natus sit, ut Lucius qui luce, & alibi Manius agrum Nemorensem consecrauit, à quo multi & clari viri orti sunt, & per multos annos fuerunt. Unde proterbium: Multi Manij Aricia. Seruius autem is dicebatur, cuius parentes vel alter ipsorum in seruitute eum genuisset, vel qui in utero matris ea mortua, seruatus esset.

255 *C. Verusius. T. Aebutius.*

Veturij prænomen in quibusdam Litij codicibus, ut Marlianus in annalibus consulum admonet, est Caius, in alijs Cneus, in Casiodoro Lucius, in Dionysio Publius, Dionysius Veturium Geminum, T. Aebutium Heluam, alibi quoque *Ἡελω*, sed mendosè cognominat. Nam Heluæ ei cognomè esse Latini quoque scriptores asserunt. Fasti quoque Græci Heluam & Geminum habent. Porro qui Veturium scribunt antiquam consuetudinem imitantur, quia S pro R ponebatur, ut cum Rufios, Valefios, Papios, dicebant, qui Veturium recètem usum. Hac de re Livius in anno cccxii.

256 *Q. Clælius. T. Lartius.*

Ita Livius & Casiodorus: Dionysius T. Lartium Flauum, Q. Clælium Siculum, cui respondent Fasti Cuspiniani & Siculi. T. Lartius est idem, qui ante consul fuit ex Dionysio, idè recè nomen Flauii additum Clæliorum familiam, ut Iuliorum, Seruuliorum, Geganiorum, Curatiorum, & Quintuliorum, ab Albanis originem duxisse scribit Dionysius.

257 *A. Sempronius. M. Minutius.*

Hos consules ita edunt Livius & Casiodorus. Fasti Cuspiniani cum Siculis Atratinum & Augurinum. At Dionysius A. Sempronium Atratinum, & M. Minutium Augurinum, quamquã Augurini cognominis non meminit, nisi in secundo Minutij consulatu. Aulus verò is erat, qui dijs alencibus natus esset.

258 *A. Posthumius. T. Virginius.*

Sic hi consules referuntur à Dionysio, Livio, & Casiodoro. Ijs cognomina addunt Fasti quidem Græci, Albus & Cœlimontanus. Liber verò Cuspiniani Regillensis & Tricoctus, ita ut sint A. Posthumius Albus Regillensis, & T. Virginius Tricoctus Cœlimontanus.

259 *Ap. Claudius. P. Seruilius.*

Livius & Casiodorus hos consules in hunc annum producit, Fasti Cuspiniani & Siculi Sabinum & Priscum. At Dionysius Ap. Claudium Sabinum, P. Seruilium Priscum. Hic verò Ap. Claudius princeps est gentis Claudia, Aetius Clauus primum, post Ap. Claudius appellatus, qui ex Sabinorum vrbe Regillo (vnde Sabinus Regillensis dictus) Romam commigravit anno ab vrbe cœdita ccc. atque in patricos ascriptus est, Livius, Dionysius, Suetonius in Tiberio authores. Hic auus decemviri App. Claudij fuit, de prænominis eius dissensio est, de qua viderelicet Onuphrium & Marlianus in Fastis.

260 *A. Virginius. T. Verusius.*

Hic, ut nominati sunt à Livio & Casiodoro, commemorantur. Dionysius A. Virginium Montanum, T. Veturium Geminum, Fasti Cuspiniani Montanum & Geminum. Siculi Cœlimontanum & Geminum: qui autè Montanus, idem etiam Cœlimontanus fuit. Prædianus in Cornelianam A. Virginium Tricoctum, L. Veturium Cicurinum appellat, ex quo intelligi potest utrumque horum duo prænomen tulisse Tricoctum Cœlimontanum, & Geminum Cicurinum. Sic enim alio loco alij Cuspinianus annotat Cicurinum aliàs Coturnium quoque dici.

Sp. Cassius. Postumius Cominius.

261

Sic Livius & Dionysius, eorundem meminit Cicero pro Cornelio, Cuspiniani Fasti Viscellinum edunt & Auruncum. Siculi Auruncum & Vitellinum. Eisdem vna etiam consules fuisse, hoc verò anno Kalend. Septemb. citius quam consuetudo erat, inijisse author est Dionysius.

T. Geganius. P. Minutius.

262

Dionysius initio libri septimi in hunc annum consules edit T. Geganium Macerinum, & P. Minutium. Idem Livius lib. 2. Casiodorus, Eutropius & Orosius lib. 2. cap. 7. referunt præter alterius cognomen. Vtrique verò cognomina Fasti Græci & liber Cuspiniani tribuunt, alteri Macerini alteri Augurini. Sunt autem hæc cognomina hoc Minutiorum illud Geganiorum.

M. Minutius. A. Sempronius.

263

Sic Livius & Casiodorus cognomina omittentes, & notam r. Dionysius A. Sempronium Atratinum r. M. Minutium Augurinum r. Fasti Siculi cum Cuspiniani libro Atratinum & Augurinum. Hunc annum xi. x. nuncupat Dionysius, ex quo Poplicola consul legem de prouocatione tulit.

Sp. Nautius. Sext. Furius.

264

Sempronio, M. Minutio consilibus, consules suggerit Dionysius, Q. Sulpitium Camerinum, Sp. Lartium Flauum iterum: Fasti Cuspiniani Cornuti & Flatum, Siculi Camerinum & Flatum. Est autem & Cornutus Sulpitiorum cognomen, ut ex tabulis Capitolinis intelligi potest. Non esse autem hos consules omitteudos, ad Capitolinam rationem seu Varronis annorum summam digerendam docet triumphus Pub. Valerij, qui in annum ducentessimum septuagesimum nonum non caderet, si hos consules subtraheremus.

T. Sicinius. C. Aquilius.

265

Post superiores consules Dionysius C. Iulium Iulum, P. Pinarium Rufum consules suggerit, Fasti Cuspiniani Iulum & Mamercinum, Græci Iulum & Rufum. Est autem Mamercum Pinariorum cognomen alio loco apparet. Hos quoque consules ut priores omittit Livius: apud quem, qui tabulas Capitolinas explicandas susceperunt, duorum annorum consules desiderari annotantur, ita ut de ipso idem dici posse videatur, quod ipse libro nono de Pisone scribit. Hos consules Piso Q. Fabio & P. Decio suggerit, biennio exempto quo Claudij Volumnumque & Cornelium cum Martio consules factos tradidimus, memoriæ fugerit in annalibus dirigendis, an consulto binos consules factos ratus transierit incertum est. Porro cognomen C. Iulij in Tullum, & Tullium passim se transformarat, sed Iulum legendum esse Marlianus, & post eum Panuinius, ostendit. Hoc enim Iuli cognomen ab Afcanio Aeneæ filio derivatum est, & ab eodem cognomine familiae nomen, propterea Virgilius inquit:

Iulus à magno demissum nomen Iulo. Et Livius de eodem: Quem Iulum eundem Iulia gens authorem nominis nuncupat.

Sp. Cassius. Proculus Virginius.

266

Hic omisis, Sp. Nautius, & Sext. Furius hoc anno digheruntur à Dionysio, Livio & Casiodoro. In Fastis Cuspiniani est Rutilus, quod est Nautij cognomen: & Viscellinus. In Siculis Nautius & Fufus.

Seruius Cornelius. Q. Fabius.

267

Vtore Livio hoc anno consules fuerunt T. Sicinius, & C. Aquilius. Quos Dionysius & Casiodorus vocant T. Siccum, & C. Aquilium. Horum cognomina ex Fastis Græcis & Cuspiniani, fuerunt Tuleus & Sabinus. Aquilius verò, ut Marlianus admonet, is dicebatur, qui erat aquilo, hoc est, nigro colore.

L. Aemi-

268 *L. Æmilius. K. Furius.*

Liuus in hunc annum cō s s. edit Sp. Cassium, & Proculum Virginium. Dionysius Sp. Cassium tertium, Proculum Virginium. Diodorus lib. 11. Virginio Tricofti nomen adiungit. Fasti Græci & liber Cuspiniani Rutilum & Viscellinum. Ad Proculi nomē autem quod attinet, sunt qui credūt Proculos dictos, quōd parentibus iam senibus, quasi procul progressis ætate, nati sint.

269 *M. Fabius. L. Valerius.*

Diodorus lib. 11. Q. Fabium Vibulanum, & Seruium Cornelium Cossium, consules in hunc annum prodit, eosdem Dionysius, Liviū, & Calsiodorus edunt, sed cognomina omittunt. Porro verō, vt de Seruij Cornelij cognomine constat, à veteribus Cossi homines rugosi corporis dicebātur, à similitudine collium, qui vermes sunt è ligno editi. Plinius lib. 17. cap. 24. Luxuria Cossos roborum delicatiores adhibere cepit cibo. Hinc Hieronymus contra Iouinianum, In Ponto inquit, & Phrygia, luxuria est comedisse Xylophagion. Sic enim appellat Cossos, vermes obesos, ex lignorum carie enascētes, qui apud illos à patrefamilias in magnis redditibus computabantur. Hinc fuerunt Romæ Cossi, Cossitij, Cossunij, & Cossutiani appellati.

Cossivum cognom. mabo

270 *Q. Fabius. C. Iulius.*

LÆmilius Mamerci filius, & Cæso Fabius Cæsonis filius hoc anno consules referuntur à Dionysio. Liviū, Calsiodorus, item quē Diodorus, qui L. Æmilio Mamerci nomen adiungit, eosdem produnt, patrum tamē prænomena omittunt. Fasti Græci habent Mamercum & Fabium, quod cognomen etiam Dionysius ipsi Æmilio in eius tertio consulatu addidit. Porro Sex. Pomp. tradit Æmiliam gentem appellatam à Mamercō Pythagoræ Philosophi filio, cui propter vnicam humanitatem cognomen fuerit Æmilius. Sed Æmilius est nomen, nō cognomen, vt ipse ait. Fuit autem Æmilius Mam. F. vt testatur Dionysius.

271 *K. Fabius. Sp. Furius.*

Diodorus hoc anno habet M. Fabium Vibulanum, & L. Valerium Potitum. Dionysius, Liviū & Calsiodorus M. Fabium, & L. Valerium, Fasti Græci, Fabium & Volutium. Liber Cuspiniani Fabium & Potitum.

272 *M. Fabius. Cn. Manlius.*

Dionysius in hunc annum consules comparat C. Iulium, & Q. Fabium. Liviū cum Calsiodoro Q. Fabium, C. Iulium. Fasti Siculi & Cuspiniani Iulium, & Fabium.

273 *K. Fabius. T. Virginius.*

Dionysius Cæsonem Fabium r. & Sp. Furiū Medullinum hoc anno consules scribit. Q. Fabium, C. Iulium cum Liviū subiicit Calsiodorus. Iulium & Fabium Fasti Siculi & Cuspinianj.

274 *L. Æmilius. C. Seruilius.*

Dionysio teste consules subsequenti sunt M. Fabius r. & C. Manlius. Diodorus verō, Liviū, & Calsiodorus M. Fabium & Cn. Manlium consules produnt. Fabium r. & Cincinnatum. Fasti Græci & liber Cuspiniani Vibulanum r. Lapis Capitolinus Cn. Manlium P. F.

275 *C. Horatius. T. Menenius.*

Cæsonem Fabium memorant in hunc annum cum T. Virginio consulem Liviū, Calsiodorus, Diodorus, & Dionysius. Fabium cum Rutilo Fasti Siculi. Cæsonem fratrem consulis abdicantis tertium hoc anno consulem factum notat Dionysius. T. Virginium Rutilum anno cccx. in pestilentia mortuum Liviū.

A. Virginius. Sp. Seruilius. 276

Liuio, Dionysio, & Calsiodoro consules huius anni sunt L. Æmilius & C. Seruilius. Diodorus L. Æmiliū Mamercum cum C. Cornelio Lentulo edit, Fasti Siculi Æmiliū cum Esquilino. Fragmentum Capitolinum alterum tantum Structum Ahalam cum sūfsecto ei Esquilino. Porro Mamercus vt scribit Sextus Pompeius, prænomen Oscum est, qui tradit Æmiliam gentem appellatam à Mamercō Pythagoræ Philosophi filio, cui propter vnicā humanitatem cognomen fuerit Æmilius.

C. Nautius. P. Valerius. 277

TMenenium, C. Horatium cō s s. suggerit Liviū, Calsiodorus, Dionysius, Diodorus. Hic Pulvillum cognomen addit Horatio, Menenio Lanatum lapis Capitolinus. Itaque in Fastis Cuspiniani & Siculis est etiā Lanatus & Pulvillus. Horum consulum meminit Gellius lib. 17. cap. 21. sed non sine menda.

L. Furius. A. Manlius. 278

AVirginium, Sp. Seruiliū subdit Coss. Liviū, Calsiodorus, & Dionysius. A. Virginium Tricoftum, C. Seruiliū Structum, Diodorus. In Fastis Cuspiniani est cognomen Rutilum, quod est Virginij, in Capitolinis Structus, quod est Seruiliij, in Siculis vtrumque.

L. Æmilius. Opiter Virginius, vel Vopiscus Iulius. 279

PValerium, C. Nautium consules in hunc annum nuncupant Liviū, & Calsiodorus. P. Valerium Poplicolam & C. Nautium Dionysius. P. Valerium Poplicolam & C. Nautium Rufum Diodorus. Nautium & Poplicolam Fasti Siculi, Poplicolam & Rufum Cuspiniani, pro Ruffo Rutilum habent Capitolini, vt Dionysius ante in Lartio pro Ruffo Flaunū.

L. Pinarium. P. Furius. 280

Diodorus hoc anno Coss. prodit L. Furiū Medullinum, & M. Manliū Volsōnem: Liviū & Calsiodorus L. Furiū & C. Manliū, Dionysius A. Manliū, L. Furiū: Marlianus verō admonet Volsōnem nō Volsōnem legendum esse.

Appius Claudius App. F. T. Quintius. 281

Dionysius in hunc annum consules prodit L. Æmiliū Mamercum, vt cum Vopisco Iulio, Liviū L. Æmiliū & Opitrem Virginij, sed in quibusdam analibus ait se intente pro Virginio Vopiscum Iulianū, quos secuti sunt Diodorus, Fasti Græci, & authores consularium tabularum, quæ in Capitolio sunt, in quarum fragmentis huius anni est Iulus, quod cognomen est Iulorum. Itaque in Fastis Siculis est Æmylius & Iulius, in Cuspiniani Mamercus & Vopiscus, Calsiodorus Liviū secutus est. Porro Appius peculiare Claudiorum fuit nomen, quod vllus ciuis Romanus vsurpauit, quia peregrinum erat.

Lucius Valerius. T. Æmilius. 282

Liuus, Dionysius, & Calsiodorus, consules hoc anno nominant L. Pinarium, L. Furiū, Diodorus L. Penarium Mamercinum, P. Furiū *oppava* mendosē, vt Sigonius & Onuphrius putant. Horū coss. apud Macrobiū primo Saturnalium meminit M. Varro.

T. Numitius Priscus. A. Virginius. 283

Dionysius consules in hunc annum prodit Ap. Claudium App. F. Sabinum, & T. Quintium Capitolinum, Liviū cognomina omittit, Diodorus & Calsiodorus App. Claudium, T. Quintium Capitolinū, T. Quintio præter Capitolini Barbati quoque cognomen appendendum esse docet Zonaras.

T. Quintius. P. Seruilius. 284

Consules in hunc annum suggerunt Liviū & Calsiodorus, T. Æmiliū, L. Valeriū, Diodorus L. Valerium

lerium Publicolam, T. Æmiliam Mamercom. Dionysius L. Valerium II, T. Æmiliam. Fasti Siculi nihil nisi nomina suggerunt. Æmiliam & Valerium, Cuspiniani Potitum, & Mamercom.

285 *T. Æmilius. Q. Fabius.*

A pud Dionysium consules hoc anno sunt A. Virginius Montanus, quæ Fasti Græci vocant Cœlimontanum, & T. Numicius Priscus. Diodorus, Liuius & Casiodorus cognomina silent, quem Siculi Fasti Cœlimontanum, Cuspiniani Nomentanum.

286 *Q. Seruilius. Sp. Posthumus.*

A pud Dionysium consules hoc anno sunt T. Quintius Capitolinus, Q. Seruilius Priscus, Liuius & Casiodorus cognomina tacent, Diodorus T. Quintium, Q. Seruiliam Structum. Fasti Cuspiniani Capitolinum & Priscum, Siculi Cœlimontanum & Priscum.

287 *Q. Fabius. T. Quintius.*

L iuius & Casiodorus in hunc annum consules comparant. T. Æmiliam II. Q. Fabium: Dionysius T. Æmiliam, II. Q. Fabium: Fasti Siculi Æmiliam: & Vibulanum: Cuspiniani Mamercom & Vibulanum. Diodorus Æmiliam Mamercom, Q. Fabium Vibulanum. Is autem Fabius is est, qui postea quater consul fuit, Fabius ad Cremeram interfectis superstes, non puber ut Liuius, sed ad res gerendas idoneus, & manu promptus, ut Dionysius prodit, Marci viri consularis filius.

288 *A. Posthumus Albus. Sp. Furius Fusus.*

H icannus consules habuit Q. Seruiliam, Sp. Posthumium, ut Liuius & Casiodorus tradunt. Priscum & Albinum, ut Fasti Cuspiniani: ac ut Dionysius Sp. Posthumium Albinum & Q. Seruiliam Priscum, II. ut Diodorus Q. Seruiliam, Sp. Posthumium Albinum. In fragmento tamen Capitolino Sp. Posthumius Albus Regillensis vocatur, non Albinus, atque ita legendum esse censet Marlianus.

289 *L. Æbutius. P. Seruilius.*

T Quintium, Q. Fabium, Liuius: Casiodorus T. Quintium II. Q. Fabium II. Diodorus T. Quintium Capitolinum, Q. Fabium. Dionysius T. Quintium Capitolinum III. Q. Fabium Vibulanum II.

290 *L. Lucretius Tricipitinus. T. Veturius Geminus.*

A posthumus ex tabula Capitolina, & P. Furius Fusus ex Dionysio, Liuius & Casiodoro sunt notari. Diodorus Furio alterum gentile cognomen Medullinum addit pro Fusio. Hic verò A. Posthumus A. Posthumij dictatoris filius fuit.

291 *P. Voluminius. Ser. Sulpitius.*

P Seruiliam Coss. in hunc annum subsequens scribit Liuius & Casiodorus. Dionysius L. Æbutium, P. Seruiliam Priscum: Diodorus L. Æbutium Eluam, P. Seruiliam Structum. Fasti Siculi Priscum & Flauum, Cuspiniani Eluam & Priscum. Lapis Capitolinus P. Seruiliam, Sp. F. P. N. Priscum.

292 *C. Claudius, Ap. F. P. Valerius Poplicola.*

L ucretium Tricipitinum, T. Veturium siue Veturium Geminum, edit consules in hunc annum Liuius, Casiodorus & Dionysius. Ac Diodorus L. Lucretium, T. Veturium Cicurinum: Fasti Cuspiniani Geminum & Tricipitinum: Siculi Tricipitinum & Veturium: Capitolini L. Lucretium Tricipitinum.

293 *Q. Fabius Vibulanus III. L. Cor. Maluginensis.*

P voluminium, Ser. Sulpitium Coss. in hunc annum proficitur Liuius & Casiodorus: P. Voluminium,

Ser. Sulpitium Camerinum Dionysius: P. Voluminium Amintinum Gallum Capitolini. Eorundem consulum meminit Valerius lib. 1. cap. 6.

L. Minutius. C. Nautius.

294

P Valerium Publicolam, C. Claudium Sabinum Coss. nominant in hunc annum Liuius & Dionysius: P. Valerium Publicolam, C. Claudium Regillanum Diodorus: Publicolam & Sabinum Fasti Siculi & Cuspiniani. P. Valerium P. F. Volusi N. Publicolam Lapis Capitolinus: Cæterum P. Valerium Coss. in pugna contra feruos qui hoc anno Ap. Herdonio Sabino Capitolium occuparunt, cecidisse, inque eius locum L. Quintium Cincinnatum susceptum. Liuius, Dionysius, Orosius, & ij qui consules Capitolinos digesserunt prodiderunt.

Q. Minutius. C. Horatius Pulvillus.

295

Q Fabium III. L. Cornelium Maluginensem Coss. Liuius hoc anno suggerit, & Casiodorus. Dionysius Q. Fabium Vibulanum III. L. Cornelium, Diodorus Q. Fabium Vibulanum, L. Cornelium *νεογοναυδ*. Vibulanum & Maluginensem Fasti Siculi & Cuspiniani, Q. Fabium Vibulanum III. Lapis Capitolinus.

M. Valerius. Sp. Virginius.

296

L Minutium, C. Nautium Coss. suggerit Liuius & Casiodorus. L. Minutium C. Nautium iterum Dionysius. L. Minutium *νεογοναυδ*, C. Nautium Rutilium, Diodorus. C. Nauticum Rutilium, II. Lapis Capitolinus. Quid cognominis sit *νεογοναυδ*: Sigonius & Onuphrius se non intelligere fatentur: & pro eo *νεογοναυδ* legendum esse existimant. Valerius Max. lib. 5. cap. 2. de gratis deprauatè hos consules Q. pro Nautio & Minutium scribit.

T. Romilius. Sp. Veturius.

297

Consules in hunc annum nominant Liuius & Casiodorus Q. Minutium, M. Horatium Pulvillum, sed mendosè, ut Sig. & Onuphrius arbitrantur. Nam anno cccii. C. Horatium Pulvillum augurem mortuum idem scribit. Diodorus L. Posthumium, M. Horatium. Dionysius C. Horatium, Q. Minutium. Fasti Capitolini C. Horatium Pulvillum. Fasti Siculi Pulvillum & Augurinum.

Sp. Tarpeius. C. Asterius.

298

I n hunc annum apud Liuium, Casiodorum, & Dionysium, Coss. inveniuntur M. Valerius cum Sp. Virgino. At apud Diodorum libro 12. M. Valerius Lactuca, Sp. Virginius Tricoctus. In Fastis Cuspiniani Maximus & Cœlimontanus. In Siculis Maximus & Virginius. Capitolinis M. Valerius Maximus. Lactucinum cognomen esse Valeriorum docet Plinius. Horum etiam consulum meminit Censorinus de ludis secularibus.

P. Curatius. Sese. Quirtilius.

299

Cveturium, T. Romilius apud Liuium, Casiodorum, & Dionysium, consulum hoc anno ineunt. C. Veturium Cicurinum, T. Romilium Vaticanum edit Diodorus. Geminum & Vaticanum Fasti Cuspiniani. Rocum & Veturium Siculi, T. Romilium T. F. F. N. Rocum, Vaticanum Capitolini. Eiusdem Romilij meminit etiam Plinius libro 7. cap. 28.

T. Menenius. P. Sestius Capitolinus.

300

S P. Tarpeium M. F. M. Montanum Capitolinum edit Fasti Verrij Flacci, cuius Diodorus, Dionysius, Liuius, Peditanus in Cornelianam, & Casiodorus exceptis cognominibus, meminerunt. Liber Cuspiniani & Fasti Græci Capitolinum habent. De collega eius inter se variant. Diodorus enim cum A. Asterium, Fontinalè, Dionysius verò A. Termenium. Liuius & Plinius lib. 7. cap. 27. A. Aternium. Solinus cap. 4. Cellius lib. 1.

B

cap. 114

cap. 11. A. Thermum Casiodorus postremo A. Aterium: quem Sigonius & Onuphrius sequuntur.

301 *Ap. Claudius. T. Genutius.*

Livius, itemque Casiodorus coll. memorant in hunc annum Sext. Quintilium, & P. Curiatium: Dionysius Sext. Quintilium & P. Horatium. Diodorus Sext. Quintilium Tergeminum. Sext. Quintilium Sext. F. P. N. Lapis Capitolinus. Est autem Tergeminus tam Horatorum quam Curiatorum cognomen. Horatium tamen magis probant Sigonius & Onuphrius.

302 *Sext. Quintilius. Sex. F. P. N.*

Cvi ex Fastis Græcis Vari cognomen attribuitur, refertur à tabulis Capitolinis. Eundem Diodorus, Dionysius, Livius, & Casiodorus præter cognomen produunt. Collega eius in ambiguo est. Nam à Dionysio P. Horatius, à Livio & Casiodoro P. Curiatius, à Diodoro Tergeminus, quod tam Curiatorum quam Horatorum cognomen esse proditur. Onuphrius Curiatium probat magis.

303 *Decemviri consulares.*

Consules in hunc annum designatos fuisse Ap. Claudium & T. Genutium, verum decemvirum creatorem causa abdicasse Livius cum Dionysio & Capitolini scriptores, quantum ex tabularum fragmento intellegi potest, prodiderunt. Decemviratum autem in reipub. inculca lex Terentia, quam C. Terentius Arsa tribunus plebis de quinqueviris creandis, qui leges consulari imperio scriberent, promulgavit, plebs enim nimium esse & intolerabile consulare imperium querebatur, idque imminui, & moderatius fieri postulabat. Quæ lex cum sex annos à tribunis frustra factata, atque pro concessa sibi duplicandorum tribunorum potestate, tandem resistisset, postea Romilio Venturioque Coll. in plebem militiam detrectantem impotentius se gerentibus, acrius etiam quam ante relata est. Igitur in certis quid agerent patribus, placuit ea sententia, cuius princeps T. Romilius fuisse dicitur, ut legumatores crearentur, qui iura patribus plebique scriberent, quæque ab ijs essent decreta, ea plebem & patres tenerent. Plebe autem assentiente, mitterentur legati tres in Græciam, qui Atheniensium & aliarum Græciæ civitatum instituta, mores & iura noscerent, eaque Romam deferrent. Sp. Posthumus Albus, A. Manlius Vulsus, Ser. Sulpitius Camerinus. Missi autem Tarpeio, Aterioque Coll. tertio anno post, cum legibus revertuntur Seltio & Menevio consulibus. Cum autem instarent tribuni, ut tandem legum scribendarum initium fieret, iamque in hunc annum designati Coll. essent Ap. Claudius & T. Genutius, tum in Ap. Claudij sententiam senatusconsultum factum est, ut reliquis abrogatis magistratibus decemviri crearentur cum imperio consulari, ac regio sine provocacione, qui ex patris moribus, & peregrinis legibus optimas seligentes, & reipub. maxime viles iura P. R. constituerent, quæque ij præscripsissent, si Senatus Populusque Romanus probasset, ea in perpetuum populum ipsum Romanum tenerent. Quo senatusconsulto à plebe comprobato Coll. abdicarunt. In eorum locum decemviri consulares facti sunt, quorum nomina hæc sunt: App. Claudius, T. Genutius, qui consulatu abierant, Sp. Posthumus, Ser. Sulpitius, A. Manlius, qui consulares legati Athenas iuerant, T. Romilius, C. Julius, P. Seltius, P. Horatius omnes consulares. Præterea Sp. Veturius, Livio, Dionysio & Diodoro authoribus, quanquam Dionysius Posthumium Publium non Spurium, ut Livius & Diodorus vocat & Veturium, Livius Lucium, Dionysius Titum, Diodorus & Capitolini lapides Spurium nominant. Hos decemviros anno ab urbe condita trecentesimo altero in ijs Livius scribit, &

eum secutus Casiodorus Capitolini authores anno ccccii. & cum ijs etiam Solinus Varro, quem sequitur Onuphrius anno cccciii. Hi decimo die ius populo singuli reddebant. Eo die penes præfectum iuris xii. falces erant, collegis novem singuli accensi apparebant, & vni ea concordia inter ipsos, qui cōsensus priuatis interdum vtilis esset, summa aduersus alios æquitas erat.

Iam plebs præterquam quod coll. nomen haud secus 304 quam regum perosa erat: ne tribunitium quidem auxilium, cedentibus inuicem appellacione decemviris quarebat. Magno itaque patrum plebisque studio in hunc annum conf. potestate sine provocacione creati sunt Ap. Claudius II. Q. Fabius, qui quater col. & M. Cor. Maluginensis frater L. Cornelij, qui col. anno cccxcv. fuerat, M. Sergius, L. Minutius, T. Antonius Merenda, M. Rabuleius. Itemque tres ex plebe Q. Petelius, K. Duilius, Sp. Oppius, Cornicen, vt authores sunt Diodorus, Dionysius & Livius, quamuis horum pleraque nomina apud Diodorum desiderantur.

Cvm maior pars anni superioris processisset, & duabus 305 tabulis ad decem adiectis nihil superesset, si ha quoque tabula centuriatis comitijs perlatæ essent, cur decemviris reipub. opus esset, expectaretque populus quam mox coll. creandis comitia indicerentur, tum decemviri nulla comitiorum mentione facta, iuuenum patriciorum cateruis stipati, superbius atque impotentius se in vnum quemque gerebant. Ceterum nondum finito anno, ob Appij Claudij libidinem Virginiam plebeiam virginem in seruitutem asserere conantis, vt latius tradit Livius, & secessionem plebis in Auentinum, decemviri se magistratu abdicarunt, & Q. Furio pontifice maximo comitia habente x. tribuni plebis iterum creati sunt, & comitijs consularibus per interregem habitis consules creati.

L. Valerius Potitus. M. Horatius Barbatus.

Hos in tertium decemvirorum annum conijcit Onuphrius, quanquam Livius dissentire videatur, vt Capitolina summa quam Varronis quoque esse existimat, conueniat. Nam horum coll. triumphus in tabulis Capitolinis hoc ipso anno, id est, cccciii. ex eorum dem calculis exarati sunt, ita vt manifestum sit huius anni partem à decemviris, partem à consulibus expletas fuisse. Tacitus & Rutilius biennio tantum Decemviros fuisse scribunt.

Consules suggerit Livius Sp. Herminium, T. Virginiu 306 Cœlimontanum. L. Herminium, T. Virginiu Casiodorus, *καὶ τὸν ἐγερθεὶς τὸν ἀπὸ τῶν ἀρχαίων, λελθὼν ἐπιβύβιον, τὸν ἀπὸ τῶν ἀρχαίων ἐπιβύβιον, Diodorus.* Fasti Græci Herminium, Tricostum. Vnde Onuphrius veretur, ne apud Diodorum mendosè pro Tricosto sit Structus. Nam Structus Scruiliorum cognomen fuit, non Virginiorum. Porro eius collegam L. artem Herminium esse dicendum præter Diodorum & Dionysium docet Valerius libro 10. vbi ita scribit: Lartius prænomen esse sumptum à Laribus.

M. Geganius, Macerinus. C. Julius.

H hoc anno consules referuntur à Livio. Macerinum cognomen silet Casiodorus & Diodorus, qui etiam L. Julium scribit, Dionysij hæc aliquot paginae desiderantur. Fasti Cuspiani pro Macerino Macrinum legunt.

T. Quintus Capitolinus III. Agrippa Furius.

Dionysius & Livius T. Quintium Capitolinum III. 308 & Agrippam Furium consules edunt, vt & Fasti Cuspiani. Diodorus & Casiodorus cognomen & notam III. silet. Fasti Græci habent Furium & Capitolinum. Onuphrius Furio auita cognomina adiunxit, Medullinus Fufus.

M. Ge.

309 *M. Genutius. C. Curtius.*

Livius M. Genutium & P. Curiatium hoc anno consules edit, Calsiodorus M. Genutium & P. Curiatium. Dionysius M. Genutium & C. Quintium, M. Genutium, Agrippam Curtium Chilonem edit Diodorus. Sed ut Sigonius & post eum Onuphrius annotavit, mendosè apud Livium Curiatius pro Curtio legitur, idque autoritate Varronis de lingua Latina, itaque etiam in Fastis Siculis est Genutius & Curtius.

C. Sempronius } Tribuni militum consulari
Atratinus. } potestate, quibus se abdicati
T. Clælius. } bus in eorum loci facti sunt
L. Atilius. } consules.

310 *L. Papirius Mugillanus. L. Sempronius Atratinus.*

Cum C. Canuleius tribunus plebis priore anno legem alteram promulgasset, ut consul alter ex plebe crearetur, in quo patriciorum dignitas minuebatur, patres veriti ne se inuitis lex perferretur, in eam sententiam ierunt, cuius author C. Claudius fuisse dicitur, ut pro consilibus crearentur tres tribuni militum ex patricijs totidemque ex plebe, ijque consulari potestate ornati tempore regerent. Eorum autem annuo imperio finito, rursus Senatus & plebs consuleretur, coll. ne an tribunos mallet. Qui verò placuissent, fierent. His rebus decretis tres tantum ex patricijs creati sunt, plebe contenta quod sui ratio in comitijs habita fuisset. Verùm non pro firmato eorum ius stetit, quia tertio mense quàm inierunt augurum decreto perinde ac vitio creati honore abiere, ac interrex T. Quintius Barbatu dictus Coss. creat L. Papirium Mugillanum, L. Sempronium Atratinum. Hi consules in Fastis Siculis præteriti sunt. Itaque rectè addit Livius hos consules neque in annalibus præfatis neque in libris magistratuum inveniri. Horum consulum meminit Cicero in Epistola ad Papirium Præmum.

311 *M. Geganus Macerinus II. T. Quintius Capitolinus V.*

Hos consules in hunc annum proficere Dionysius & Calsiodorus, quorum ille eos mense Decembri inijisse tradit. Calsiodorus utraque cognomina, Diodorus Capitolinum silent. Fasti Græci Macrinum II. & Capitolinum v. Zonaras Macrinum edit & Barbatum.

312 *M. Fabius Vibulanus. Postumus Æbutius Cornicen.*

Livius in hunc annum edit nominatos coss. Diodorus & Calsiodorus cognomina silent. Fasti Græci habent Vibulanum & Heluam. Diodorus Æbutium *ἄβυτιον* cognominat, quod quale sit cognomè Sigonius incertum habet, ac legendum esse arbitratur *ἄβυτιος*.

313 *C. Furius Pacilus. M. Papirius Crassus.*

Hic à Livio & Calsiodoro ita eduntur coss. A Diodoro verò Q. Furius Fusus, Manius Papirius Crassus, A Fastis autem Græcis Pacilus & Crassus.

314 *Proculus Geganus Macerinus. L. Menenius Lanatus.*

Livius & Calsiodorus coss. memorant Proculum Geganum Macerinum, L. Menenium Lanatum. Diodorus T. Menenium & Proculum Geganum Macerinum, Macerinum & Lanatum Fasti Siculi.

315 *T. Quintius Capitolinus VI. Agrippa Menenius Lanatus.*

Hic annus consules hos habuit Livio & Calsiodoro authoribus. Diodoro autem T. Quintium, T. Menenium, Fastis Siculis Menenium & Capitolinum.

Mam. Æmylius. } Trib. mil. cos. potestate. 316
L. Quintius Cincinnati F. }
L. Iulius. }

Tribuni plebis perucierunt, ut tribunorum militum potius quàm Consulum comitia haberentur, non dubij, quin sex lectis (tot enim iam creari licebat) ex plebeis aliqui profitendo se fore Melianæ cædis ultores, crearentur, plebs tamen nec plures quàm tres tribunos consulari potestate creavit, & in ijs L. Quintium Cincinnati filium, prælatus suffragijs Quintio Mamercus Æmylius vir summæ dignitatis, Lucium Iulium tertium creant. Idem Diodorus tres tribunos militares in hunc annum edit Manium Æmylium Mamercum, C. Iulium, L. Quintium.

317 *M. Geganus Macerinus III. L. Sergius Fidenas.*

Ad curam summæ rerum quieta plebe, tribunisque eius nihil controuersæ fuit, quin consules crearentur, M. Geganus Macerinus tertium & L. Sergius. Hæc Livius: Calsiodorus etiam, qui nisi nomina consulum apponit, M. Geganum III. & L. Sergium consules edit. Diodorus item M. Geganum, I. Sergium. Fasti Cuspiniani & Siculi, Macerinum, & Fidenatem. Hunc enim Sergium Fidenatem à bello Fidenati gesto vocatum tradit Livius.

318 *M. Cornelius Maluginensis. L. Papirius Crassus.*

Livius & Calsiodorus consules in hunc annum memorant præscriptos. Diodorus L. Papirium, A. Cornelium Macerinum vitiosè sine dubio ut existimat Sigonius. Siquidem est etiam in Fastis Cuspiniani & Siculis Maluginensis & Crassus.

319 *C. Iulius II. L. Virginius.*

Hic consules in hunc annum apud Livium & Calsiodorum inueniuntur, apud Diodorum verò est C. Iulius, Proculus Virginius Tricoctus. In Fastis Cuspiniani & Siculis Iulius & Virginius.

320 *C. Iulius III. vel M. Manlius. L. Virginius II. vel Q. Sulpitius.*

Eosdem consules in sequenti anno resectos Iulium II. Virginium II. apud Licinium Macrum inuenio. Valerius Antias, & Q. Tubero M. Manlium, & Q. Sulpitium consules in hunc annum edunt. Cæterum in tam discrepanti editione & Tubero & Macer libros in theos authores profitentur, neuter tribunos militum eo anno fuisse traditum à scriptoribus antiquis dissimulat, Licinio libros haud dubiè sequi linteos placet, & Tubero incertus veri est. Sed inter cætera vetustate incomperata, hoc quoque in incerto positum, ita Livius. Diodorus verò pro consilibus tres tribunos militum edit M. Manlium, Q. Sulpitium Prætextatum, Seruium Cornelium Cossium. Fasti Græci Auriatem & Tuberonem secuti Capitolinum & Camerinum attulere.

M. Fabius Vibulanus. } Trib. mil. cons. potestate. 321
L. Sergius Fidenas. }
M. Fostius. }

Tribuni plebis assiduis cõcionibus perhibendo consularia comitia cum res propè ad interregnum perducta esset, euicere tandem, ut tribuni militares consulari potestate crearentur. Victoriæ præmium, quod petebatur, ut plebeius crearetur, nullum fuit, omnes patricij creati sunt, M. Fabius Vibulanus, M. Fostius, L. Sergius Fidenas. Sic Livius. Diodorus item edit M. Fabium, M. *φωλιον*, L. Seruilium, sed mendosè. Fostius Flaccinator alibi in lapidibus Capitolinis scribitur, non Fostius, ut in vulgatis libris Livianis quem mendosè *φωλιον* vocat Diodorus.

- 322 *L. Pinarius Mamercus.*
L. Furius Medullinus.
S. Posthumius Albus. } Trib. mil. conf. potestate.

Consularium comitorum nulla mentio habita est, tribuni militares consulari potestate omnes creati sunt L. Pinarius Mamercus, L. Furius Medullinus, Sp. Posthumius Albus, ita L. Livius Diodorus nominat L. Furium Sp. Pinarium Mamercum.

- 323 *T. Quintius L. F. Cincinnatus Pennus.*
C. Iulius Mento.

Senatus consultum factum est, ut comitia consularia haberentur T. Quintius L. filius Cincinnatus, eidem & Penno cognomen additur, & C. Iulius Mento coll. facti, ita L. Livius. Eosdem consules edit & Casiodorus, Fasti Græci Pennum & Mentonem habent. Diodorus vero T. Quintium, C. Iulium.

- 324 *L. Papius Crassus.* *L. Iulius.*

Actum in urbe à tribunis plebis, ut tribuni militum consulari potestate crearentur, nec obtineri potuit, consules sunt L. Papius Crassus & L. Iulius. Sic L. Livius & Casiodorus. At Diodorus mendosè habet C. Papium, L. Iunium, Fasti Græci Crallium & Iulum.

- 325 *L. Sergius Fidenas II.* *Hostus Lucretius Tricipitinus.*

Consules hoc anno apud Casiodorum L. Sergius, Hostus Lucretius, apud Diodorum Opiter Lucretius, L. Sergius Fidenas apud L. Livium. L. Sergius Fidenas II. Hostus Lucretius Tricipitinus. In Fastis Siculis Tricipitinus & Fidenas. Horum meminit Valerius in Epitoma.

- 326 *A. Cornelius Cossus.* *T. Q. Pennus II.*

Hi consules hoc anno memorantur à L. Livio & Casiodoro. At Diodorus L. Quintius, A. Sempronium, idque mendosè ut Sigonius & Onuphrius arbitrantur. Est enim in Fastis Siculis Cossus, & Pennus Cornelij & Quintij cognomen. Horum consulum etiam meminit L. Livius supra anno CCCXVI.

- 327 *C. Servilius Ahala.* *L. Papius Mugillanus.*

L. Livius & Casiodorus consules hoc anno scribunt C. Servilium Ahalam, L. Papium Mugillanum. Diodorus pro Ahala Strucetum edit, fieri enim potest, ut Strucetum Ahala sit dictus.

- 328 *T. Quintius Pennus.* *C. Furius.*
M. Posthumius. *A. Cornelius Cossus.*

Plebs tenuit, ne consules in hunc annum crearentur, tribuni militum consulari potestate quatuor creati sunt, T. Quintius Pennus ex consulari, C. Furius, M. Posthumius, A. Cornelius Cossus, hæc L. Livius. Eosdem nominat Diodorus.

- 329 *A. Sempronius Atratinus.* *L. Furius Medullinus.*
L. Quintius Cincinnatus. *L. Horatius Barbatus.*

Hic annus tribunos militum consulari potestate habuit prædictos, ut refert L. Livius. Diodorus omnium cognomina & L. Horatium omittit.

- 330 *Ap. Claud. Crass. decemviri F.* *L. Sergius Fidenas.*
Ap. Nautius Rutilus. *S. Iulius Iulus.*

Hos tribunos militum consulari potestate in hunc annum edit L. Livius. Eosdem prodir & Diodorus præter cognomina & App. Claudium quem T. vocat. Duos autem Sp. Nautios Rutilus tribunos per hæc tempora prodir L. Livius, hæc dubiè ut Onuphrius putat, errore codi-

cum, unum qui nunc est primam, iterum vero anno 338. alterum qui primum est anno 335. Iterum vero 350. Eosdem etiam tabula Capitolina habent, verum unum semel, alterum ter tribunum fuisse tradunt.

- C. Sempronius Atratinus.* *Q. Fabius*
Vibulanus. 331

Consules hoc anno creati sunt auctoribus L. Livio & Casiodoro, C. Sempronius Atratinus & Q. Fabius Vibulanus. Diodorus eos præterit, quos Idibus Decembris inijsse tradit L. Livius. De C. Sempronio Atratinio mentionem facit Valerius lib. 6. cap. 5. quem vocat L. libro vero 3. cap. 2. utriusque consulis meminit, sed mendosè Q. Fabium vocat Q. Cat. Iun.

- L. Manlius Capitolinus.* *L. Papius Mugillanus*
Q. Antonius Merenda. *L. Seruilij Strucet.* 332

Senatus, cum odio Sempronij consulare nomen offenderet, tribunos militares consulari potestate creari iussit. Creati L. Manlius Capitolinus, Q. Antonius Merenda, L. Papius Mugillanus. Hæc L. Livius, apud quem desideratur nomen quarti tribuni, L. Seruilij Strucet, qui anno 337. iterum tribunus militum in tabulis Capitolinis incisus est. De his Diodorus nihil, in fragmento Capitolino extat cognomen Mugillani, quod est L. Papij.

- T. Quintius Capitolinus.* *N. Fabius*
Vibulanus. 333

Hic annus consules habuit, N. Fabium Vibulanum, & T. Quintium Capitolinum, ut L. Livius & Casiodorus scribunt. Diodorus hos omittit. Fasti autem Siculi non item. In fragmento autem Capitolino est T. Quintius Capitolinus Barbatus, N. Fabius. Hic Fabius filius fuit Q. Fabij decemviri, qui CCC. ad Cremeram Fabij interfectis superfuit, primusque in gente Fabia Numerij prænomine usus est, ut Valerius lib. 10 & Sext. Pompeius referunt, T. Quintium eius Capitolini qui sexties consul fuit, filium fuisse L. Livius scribit.

- Interregnum.* 334

Quum maior pars anni per novos tribunos plebis, & aliquot interreges certaminibus extracta esset, prohibentibus tribunis patricios coire ad prodendum interregem, modò interregem interpellantibus, ne S. C. de comitijs consularibus faceret. Postremò L. Papius Mugillanus interrex castigando nunc patres, nunc tribunos plebis obrinuit, ut tribunitia comitia haberentur. Creati tribuni consulari potestate omnes patricij T. Quintius Cincinnatus III. L. Furius Medullinus, M. Manlius, L. Sempronius Atratinus, L. Livius hæc.

- Agrippa Menenius Lanatus.* *P. Lucretius*
Tricipitinus. *Sp. Nautius.* *C. Servilius.* 335

Tribuni militum consulari potestate à L. Livio hoc anno digeruntur Agrippa Menenius Lanatus, P. Lucretius Tricipitinus, Sp. Nautius. Desideratur autem nomen quarti tribuni. Is fuit C. Servilius, Q. F. C. N. Axilla qui anno sequenti in tabulis Capitolinis tribunus militum numeratur cū nota sit, ita ut hoc anno primum fuerit necesse est, cum nullus præterea aptus locus relictus sit. Diodorus Sp. Veturium nominat.

- L. Sergius Fidenas.*
M. Papius Mugillanus. } Trib. mil. potestate. 336
C. Servilius Priscus F.

Hos tribunos militari potestate hoc anno L. Livius nominat, C. Servilius, Axilla nuncupatur à Verrio Flacco. Diodorus hos L. Sergium, M. Servilium, & M. Papium vocat. M. Papius autem filius fuit L. Papij Mugillani primi censoris.

Agrippa

337. *Agrippa Menenius Lanatus. L. Servilius Structus. P. Lucretius Tricipitinus. Sp. Veturius Crassus.*

HOs omnes tribunos militum hoc anno memorat Livius. Ex his L. Servilius Structus primum fuit anno 332. librariorum culpa in Livio prateritus. Diodorus eosdem tribunos habet præter cognomina & L. Servilium quem Caium appellat. In tabula Capitolina P. Lucretius Hosti F. & Agrippa Menenius T. F. Agrippæ N. exarati sunt.

338. *A. Sempronius Atratinus III. Sp. Nautius Rutilus II. M. Papius Mugillanus II.*

HI referuntur à Livio, præteritum esse à librarijs Q. Fabium, Q. F. M. N. Vibulum quartum huius anni tribunum lapis Capitolinus, Diodorus & ipsemet Livius offendit, qui Q. Fabium tribunum militum II. esse scribit anno CCCXL. neque quo anno primum fuerit apud eum liquet. Cæterum A. Sempronius L. F. A. N. dicitur à Verrio Flacco, Diodorus omnes quatuor enumerat, verum cognomina tacet.

339. *P. Cornelius Cossus. Quintius Cincinnatus. C. Valerius Potitus. N. Fabius Vibulanus.*

HOs Tribunos militum consulari potestate edit Livius: Diodorus P. Cornelium, C. Fabium. Tabula Capitolina P. Cornelium . . . F. P. N. C. Valerium L. F. Volusi. N. Quintij prænomen incognitum.

340. *Cn. Cornelius Cossus. L. Valerius Potitus. Q. Fabius Vibulanus II. L. Posthumius Regillensis.*

HOs in hunc annum proficetur Livius. At Diodorus Tit. Posthumium, C. Cornelium, C. Valerium. Cæsonem Fabium: P. Posthumius A. F. A. N. dicitur à Verrio Flacco, quem propter crudelitatem ab exercitu suo lapidibus obrutum scribit Livius.

341. *Cn. Cornelius Cossus. L. Furius Medullinus.*

DEinde patres vicere vt consules crearentur, Q. Fabius Vibulano comitia habente. Consules creati sunt M. Cornelius Cossus, L. Furius Medullinus, eosdem consules præter cognomina scribunt Diodorus & Cæsiodorius. Fasti Græci habent Cossus & Medullinus.

342. *Q. Fabius Ambustus. C. Furius Pacilus.*

Livius & Cæsiodorus hos consules edunt: Diodorus cognomina fileat.

343. *M. Papyrius. C. Nautius Rutilus.*

Livius & Cæsiodorus consules hoc anno referunt M. Papium & C. Nautium Rutilum. Diodorus cognomen tacet. Liber Cuspiniani Mugillanum & Rutilum.

344. *M. Aemilius. C. Valerius.*

MAemilius & C. Valerius consules appellantur à Livio & Cæsiodoro. Diodorus Manium habet pro M. Hic Aemilius in tabula Capitolina in primo & tertio tribunatu dicitur M. Aemilius Mani. F. M. N. Mamercinus.

345. *Cn. Cornelius Cossus. L. Furius Medullinus. II.*

Livius hoc anno consules hos prodit, Cæsiodorus cognomina & notam II. præterit. Diodorus L. Furium, Cn. Pompeium. Cn. autem Cornelius descriptus est ex extremitate fragmenti Capitolini L. Furius ex eius tribunatibus Capitolinis.

C. Iulius Iulus. P. Cornelius Cossus. C. Servilius Ahala. } Trib. mil. conf. potestate. 346

HI Tribuni militum hoc anno suggeruntur à Livio; Diodorus cognomina fileat, quæ tabula Capitolina subiiciunt. C. Servilius P. F. Q. N. Ahala in secundo tribu natu Capitolino scribitur.

L. Furius Medullinus II. C. Valerius Potitus II. N. Fabius Vibulanus II. C. Servilius Ahala II. 347

Livius quatuor tribunos omnes patricios; atque eò honore functos refert hoc anno factos fuisse L. Furium Medullinum, C. Valerium Potitum, N. Fabium Vibulum, & C. Servilium Ahalam: hæcque referenti continuato honore, tum ob alias virtutes, tum ob recentem favorem unica moderatione partum. Diodorus C. Furium, C. Servilium, C. Valerium: N. Fabium habet. In tabulis Capitolinis Potitus Volusius II. & Medullinus, reliqui duo integrè descripti. Ex his apparet Livium, vt Onuphrius annotat, lapsum. Nam Medullinus non II. sed primum hoc anno Tribunus militum est, hoc anno est, qui antè bis consul fuit; & postea septies Tribunus militum erit.

P. Cornelius Cossus. N. Fabius Ambustus. Cn. Cornelius Cossus. L. Valerius Potitus. 348

EX quatuor Tribunis militum L. Valerius & N. Fabius notati sunt in tabulis Capitolinis, reliqui duo, vt ex eorundem fragmento Livio & Cæsiodoro constat, fuerunt P. Cornelius A. F. M. N. Rutilus Cossus descriptus ex eius dictatura; Diodorus quartum Tribunum enumerat Terentium Maximum.

T. Quintius Capitolinus. C. Manlius. Q. Quintius Cincinnatus. L. Furius Medullinus III. C. Iulius Iulus II. M. Aemilius Mamercinus. 349

Tribunos militum sex hoc anno creatos ait Diodorus, verum non nisi T. Quintium, C. Iulium, & A. Manlium nominat. Livius omnes enumerat pro vt hic positi sunt. Lapis Capitolinus habet Iulum II. Capitolinum Barbatum, Cincinnatum, & reliquos tres. Et hinc annus primus sex tribunos militum habuit, quod lege cautum fuerat, vt fieret iam tum cum primum de tribunis creandis latum fuerat, quo anno Veij primum obfessi sunt.

C. Valerius Potitus III. Cn. Cornelius Cossus. M. Sergius Fidenas. K. Fabius Ambustus. P. Cornelius Maluginensis. Sp. Nautius Rutilus II. 350

HOs eosdem quos Livius, Diodorus, præter cognomina & Cn. Cornelium quem mendose vocat Iulum Lucillum, edit. In tabulis Capitolinis est Maluginensis. Cossus II. Ambustus & reliqui tres integri Nautium Rutilum II. Livius, Verrius Flaccus III. nominat.

M. Aemilius Mamercus II. M. Quintius Varus. L. Valerius Potitus III. L. Iulius Iulus. Ap. Claudius Crassus. M. Posthumius. M. Furius Camillus. M. Posthumius Albinus. 351

Livius tribunorum militum numerum à Romanis autem, atque octo, quot nunquam antea creatos scribit nominibus quæ appositimus, apud Diodorum autem hæc nomina sunt Manius Claudius, M. Quintilius, L. Iulius, M. Furius, I. Valerius, quanquam autem desunt apud eum aliqui Tribuni, ipsum tamen eos non octo sed sex edidisse existimet Onuphrius, & cum eo Sigonius. Quod etiam Verrius Flaccus in tabulis Capitolinis observavit.

352 *C. Seruilius Ahala III.* *Q. Sulpitius.*
Q. Seruilius. *A. Manlius II.*
L. Virginius. *M. Sergius II.*

A pud Liuium tribuni militum consulari potestate sunt C. Seruilius Ahala III. Q. Seruilius, & L. Virginius, reliqui vt in tabulis Capitolinis præter prænomina: Q. Seruilius Liuius Fidenatem vocat, in alijs sequē tibus eius tribunatibus quos sex geret, L. Virginius Onuphrius Tricostrum gentilium cognomen adiungit. Ab horum ferie non discedit Diodorus, sed mendose apud eum vt Sigonius annotat *καὶ δὲ οὐ μάρτυρ' ἔσται*. In fragmento Capitolino nominantur Q. Sulpitius Ser. F. Ser. N. Camerinus Cornut. A. Manlius. A. F. C. N. Vulsō Capitolinus II. M. Serg. L. F. L. N. Fidenas II.

353 *L. Valerius Poritus III.* *Cn. Cornelius Cossus.*
M. Furius Camillus. *K. Fabius Ambustus.*
M. Aemilius Mamercinus III. *L. Iulius Iulus.*

Hos omnes tribunos Liuius hoc anno enumerat, Diodorus L. Iulium, M. Furium, Aemilium Mamercum, C. Cornelium, Cæsonem Fabium, *καὶ δὲ οὐ μάρτυρ' ἔσται* virio. In Capitolino fragmento est L. Iulius, L. F. Vopisci. N. Iulus. M. Aemilius Man. F. M. N. Mamercus, K. Fabius, M. F. Q. N. Ambustus II. Hi Kal. Octobribus inire iussi, cum Idus Decembris ante solennes essent, ob cladem à M. Sergio priore anno ad Veios acceptam: Camillus in Faliscos, Cornelius in Capenates, Valerius in Volcos ad Anxur recipiendum, Aemilius & Fabius ad Veios obsidendos profecti.

354 *P. Licinius Caluus.* *P. Mænius.*
T. Titinius. *P. Mælius.*
L. Furius Medullinus. *L. Publius Vulsus.*

Hi à Liuiio Tribuni militum hoc anno produntur, Diodorus verb tres tantū enumerat Tribunos militum, P. Mælium, Sp. Mæniū, L. Furiū. Cæterū Onuphrius non L. Furiū sed Sp. Furiū legendum arbitrat. Idem P. Licinio Caluum nomen adiunxit, quē primum è plebe tribunis militum tradit Liuius vturpādi iuris causā creatum.

355 *M. Veturius.* *M. Pomponius.*
C. Duilius. *Volero Publilius.*
Cn. Genutius. *L. Atilius.*

Hos tribunos edit Diodorus. Liuius autem M. Veturium vnum patricium, reliquos plebeios, M. Pomponium, C. Duilium, Volerōnem Publiliū, Cn. Genutium, L. Atilium. Liber Cuspiani, qui nisi duo Tribunorum nomina quotannis prodit, Augurium habet & Longum hoc Atrilij, illud Genutij cognomina.

356 *L. Valerius Poritus V.* *L. Furius Medullinus.*
M. Valerius Maximus. *Q. Seruilius Fidenas II.*
M. Furius Camillus II. *Q. Sulpitius Camerinus.*

Hi patricij omnes in hunc annum Tribuni militum creati sunt vt Liuius scribit, nec dissentit Diodorus, quamuis duo nomina deprauata referat *καὶ δὲ οὐ μάρτυρ' ἔσται*, Camilli II. Tribuni militum meminit etiam Plutarchus in eius vita. Medullini III. Lapis Capitolinus.

357 *L. Iulius Iulus.* *C. Posthumius Regillensis.*
L. Furius Medullinus III. *P. Cornelius Maluginensis.*
L. Sergius Fidenas. *C. Manlius.*

Itahos Liuius enumerat: At Diodorus L. Sergium, A. Posthumium, P. Cornelium, *σὺν τῷ κίνεσιον*, Q. Mælium, *ἐν ἴππῳ χαμῶδον*. Est autem annotationibus Sigonio & Onuphrio in duobus menda grauissima,

P. Licinius P. F. Caluus. *L. Titinius II.*
P. Mænius II. *P. Mælius II.*
Cn. Genutius II. *L. Atilius II.*

Eratione à Liuiio hi tribuni militum eduntur. Diodorus autem prodit L. Titinium, P. Licinium, P. Mælium, Q. Mæniū, Cn. Genutium, L. Atilium. Hi omnes, vt ait Liuius, præter L. Licinium P. F. paulo ante tribunatum gesserunt, qui Genutium etiam in prælio cecidisse aduersus Faliscos scribit.

P. Cornelius Cossus. *P. Cornelius Scipio.*
K. Fabius Ambustus III. *L. Furius Medullinus V.*
M. Valerius Maximus II. *Q. Seruilius III.*

Post captos Veios hic annus præcedētes tribunos militum consulari potestate habuit. Diodorus P. & Ser. Cornelios Cossos vocat, in reliquis exceptis cognominibus (quæ filiet) conuenit.

L. Furius Medullinus VI. *Sp. Posthumius.*
C. Aemilius. *P. Cornelius II.*
L. Valerius Publicola. *M. Furius Camillus.*

Liuus hos hoc anno memorat. Diodorus M. Furiū, C. Aemiliū, *καὶ τὸν βῆρον* mendose, Camillus nūc est III. P. Cornelium Scipionem, non Cossium, intelligendum putant Sigonius & Onuphrius. Hoc anno Camillus tribunus militum Faliscos iustitia in ditionem populi Romani redegit, remisso ad Faliscos puerorum magistro proditore, Liuius & Plutarchus. Valerius non sine suspitione erroris hæcrem à Camillo consule actam tradit libr. 6. Cum Plutarchus eum nunquam consulem fuisse tradat.

L. Lucretius Flauius. *Seruius Sulpitius Camerinus.*

Liuus post xv. annum (inquit) creati consules sunt L. Lucretius Flauius, Seruius Sulpitius Camerinus, Diodorus & Cæsius cognomina prætereunt. Fasti Siculi Flauium & Camerinum profitentur.

L. Valerius Poritus. *M. Manlius Capitolinus.*

L Valerius Poritus, M. Manlius, cui postea Capitolino cognomen fuit, consules hoc anno referuntur à Liuiio. Dionysius libro primo horum consulum meminit, & L. Valerium Poritum, M. Manlium Capitolinum nominat. Cæsius dorus L. Valerium, M. Manlium. Diodorus L. Valerium, A. Manlium. Fasti Siculi Poritum, & Capitolinum.

L. Lucretius. *L. Furius Medullinus VII.*
Ser. Sulpitius. *Agrippa Furius.*
M. Aemilius. *C. Aemilius II.*

Consulibus morbo implicatis, placuit per interregnum renouari auspicia, itaque cum ex S. C. consules abdicassent, ab interrege hi sex tribuni militum consulari potestate creati sunt, qui Cal. Quintilibus magistratum occipere, vt ait Liuius. Diodorus quatuor tantum edit L. Lucretium, Ser. Sulpitium, C. Aemiliū, L. Furiū: Sulpitium Zonaras Rufum appellat, quod ei etiam cognomen addidit Onuphrius.

Q. Fabius Ambustus. *Q. Sulpitius Longus.*
Duo fratres Q. Fabij Amb. *Q. Seruilius III.*
Seruil. Corn. Maluginensis.

Hi à Liuiio Tribuni militum potestate consulari referuntur. At Diodorus Q. K. & C. Fabios & reliquos tres enumerat. Q. Sulpitij Tribuni militum Plutarchus in Camillo, Gellius ex Verrio Flacco libro quinto capite decimo septimo, & Macrobius libro primo Saturnalium meminerunt.

365 *L. Valerius Poplicola II.* *A. Manlius.*
L. Virginius. *L. Aemilius.*
P. Cornelius. *L. Postumius.*

Hipost urbem captam apud Liuium Tribuni militū creati sunt. Apud Diodorum P. Cornelius, L. Virginius, Valerius, A. Manlius, L. Posthumius. Horum Tribunorum meminit Macrobius lib. i. Saturn.

366 *T. Quintius Cincinnatus.* *L. Aquilius Coruus.*
Q. Seruilius Fidenas V. *L. Lucretius Tricipitinus.*
L. Iulius Iulus. *Ser. Sulpitius Rufus.*

Hos ita prodit Liuius hoc anno Tribunos militum consulari potestate, Diodoro autem Tribuni sunt T. Quintius, L. Seruilius, L. Iulius Aquilius, L. Lucretius, Seruius Sulpitius.

367 *L. Papirius.* *C. Sergius.*
L. Aemilius II. *C. Cornelius.*
L. Menenius. *L. Valerius Poplicola III.*

Hos Liuius hoc anno Tribunos militum consulari potestate prodit. At Diodorus L. Papirium, C. Cornelium, L. Menenium, C. Seruilius, A. Valerium, & Q. Fabium edit. Deest autē apud Liuium Sexti tribuni nomē, quem ex Diodoro Sigonius & Onuphrius apposuerunt C. Cornelium, Diodorus etiam pro Sergio Seruilius habet, & Aemilium pro Fabio.

368 *M. Furius Camillus.* *L. Horatius Puluillus.*
Ser. Cornelius Maluginensis. *L. Quintius Cincinnatus.*

Q. Seruilius Fidenas VI. *P. Valerius.*

Res ad Camillum Tribunum militum consulari potestate redijt, collegę additi quinque hęc memorati. Diodorus verō quatuor creatos scribit M. Cornelium, Q. Seruilius, M. Furius, L. Quintius. Hoc anno M. Camillus oblata dictatura non esse opus dixit, & vna cum collegis tribunis Volcos, Antiatas atque Etruscos rebelantes vicit.

369 *A. Manlius.* *L. Quintius Capitolinus.*
P. Cornelius. *L. Papirius Cursor II.*
T. Quintius Capitolinus. *C. Sergius II.*

Ita Liuius habet, Diodorus autē creatos quatuor tantum prodit, L. Papirium, Q. T. & L. Quintios. Ex quibus A. Manlius cum Tribunus fuerit anno CCCLXV. Anno verō CCCLXXI. III. nunc profectus est iterum.

370 *Ser. Cornelius Maluginensis III.* *P. Valerius Potitus II.*
M. Furius Camillus V. *Ser. Sulpitius Rufus II.*
C. Papirius Crassus. *T. Quintius Cincinnatus II.*

Sic hi à Liuiio Tribuni militum potestate consulari referuntur, Diodorus tantum (vt eius consuetudo est) quatuor edit, Seruium Sulpitium, L. Papirium, M. Cornelium, T. Quintium. Hoc anno M. Manlius crimine a seclatati regni damnatus è saxo deiectus est. Liuius, Plutarchus, & Valerius.

371 *L. Valerius IIII.* *L. Lucretius.*
A. Manlius III. *L. Aemilius.*
Ser. Sulpitius III. *M. Trebonius.*

Hos in hunc annum digere Liuius, Diodorus quatuor edit L. Valerium Crispum (quod Trebonij nomen est) A. Manlium, Ser. Sulpitium, Crispum alij Flauum vocant.

372 *Sp. Papirius.* *Q. Seruilius.*
L. Papirius. *C. Sulpitius.*
Ser. Cornelius IIII. *L. Aemilius IIII.*

Hi auctore Liuiio Tribuni militum potestate consulari hoc anno creati sunt, Cornelio vt ante vidimus

cognomen fuit Maluginensi. Diodorus quatuor scribit Q. Seruilius, Sp. Papirius, Cornelium, & *Ἰδριον ἄλλοι* mendose.

M. Furius Camillus VI. *L. Furius.*
A. Posthumius Regillensis. *L. Lucretius.* 373
L. Postumius Regillensis. *M. Fabius Ambustus.*

Ita vt hosce collocauimus, Liuius, Diodorus M. & L. Furius, A. Postumium, L. Lucretium, M. Fabium & L. Postumium nominat. Plutarchus quoque hoc anno Tribunum militū Camillum vt vocat, quo anno vicit Prænestinos & Volcos, & Tuscianos, quibus bellum indictum erat, quod in bello Prænestinorum affuissent.

L. Valerius V. *L. Menenius II.*
L. Valerius III. *P. Papirius.* 374
C. Sergius III. *S. Cornelius Maluginensis.*

Hifex à Liuiio descripti sunt, à Diodoro verō octo memorantur, L. & P. Valerij, C. Terentius, L. Menenius, C. Sulpitius, T. Papirius, L. Aimilius, M. Fabius.

P. Manlius. *C. Sextilius.*
C. Manlius. *M. Albinus.* 375
L. Iulius. *L. Antistius.*

Comitia inde habita tribunorum militum consulari potestate, quibus equatus patriciorum plebeiiorumque numerus. Ex patribus creati P. & C. Manlij cum L. Iulio, plebs C. Sextilium, M. Albinum, L. Antistium dedit, ita Liuius. At Diodorus octo prodit, ac enumeratis addit, C. Herentium, & P. Trebonium. Sextilium quoque Sextium nominat.

Sp. Furius. *P. Cloelius.*
Q. Seruilius II. *M. Florarius.* 376
C. Licinius. *L. Geganius.*

Hi consulari potestate Tribuni militum à Liuiio hoc anno referuntur. Est autem apud Liuium pro L. Menenio III. C. Licinius legendū, vt in Scholijs Liuianis demonstrat Sigonius, & in fastis approbat Onuphrius. A Diodoro verō quatuor tantum, Q. Seruilius, L. Furius, C. Licinius, P. Cloelius.

L. Aemilius. *Ser. Sulpitius.*
P. Valerius IIII. *L. Quintius Cincinnatus.* 377
C. Veturius. *C. Quintius Cincinnatus.*

Hos Tribunos militares patricos omnes plebs coacta principum opib. fecit, Liuiio auctore. Quos etiam excepto C. Quintio edit Diodorus, qui eum C. Cornelium vocat. Seruio Sulpitio prætextato nomen fuit. Zonaras eum Rufum vocauit.

C. Licinius Stolo. | Tribuni plebis per att- 378
L. Sextius. | nos v. 379

Hoc anno quartū mutata est respub. Romana, à tribunis enim militū consulari potestate ad tribunos plebis administratio reipu. recidit. Huius mutationis auctores à Liuiio traditi sunt C. Licinius Stolo, & L. Sextius trib. ple. qui cū anno priore leges tres aduersus patriciorum opes pro cōmodis plebis promulgassent. Vnā de ere alieno, alteram de modo agrorum, tertiam ne tribunorum militum comitia fierent, & consilium vtrique alter ex plebe crearetur, neque eas ferre per collegarum intercessionem, quos de industria patres comparauerant, potuissent, tum irati, comitia præter Adilium tribunorumque plebis, nullos curules magistratus creati passi sunt. Eaque magistratum solitudo, plebe rescicere duos tribunos, & his perpetua & inuicta intercessione tribunorum militum comitia tollentibus, per quinquennium urbem tenuit, ita Liuius. Hęc autem magistratum solitudinē Diodorus appellat *ἡ ἀρχὴ*, atque in priorem annum reijcit. Sextus autem Rufus, Eutropius, Casiodorus, & Zonaras, non quinquennio sed quadriennio

Rempub. obtinuisse scribunt. Sigonius & Onuphris in Fastis suis Litiuum sequuntur, cuius annales sequuntur Capitolini scriptores videntur. Litiuus etiam lib. 16. cap. 44. meminit anni CCCLXXIX. ab vrbe condita, qui fuit sine magistratibus, quo anno Romæ Loton fuisse ait in Lucina area æde condita.

383
L. Furius. *Ser. Cornelius.*
A. Manlius. *P. Valerius.*
Ser. Sulpitius. *C. Valerius.*

In hunc annum Tribuni plebis C. Licinio, & L. Sextio in secessionem remittentibus comitijsque ab interrege habitis, Tribuni militum auctore Litiuo, predicti, creati fuerunt. Hos Diodorus ita vocat L. Papirium, L. Menenium, Ser. Cornelium, Seruium Sulpitium, & post hos iterum magistratuum solitudinem fuisse scribit, qua sublata deinceps creatos A. Manlium, L. Furium, Ser. Sulpitium, Ser. Cornelium. Est enim in eorum eius vitio, tum librariortum negligentia annuorum magistratuum perturbatio.

384
Q. Seruilius. *M. Cornelius.*
C. Veturius II. *Q. Quintius.*
A. Cornelius. *M. Fabius.*

ET hic annus auctore Litiuo hos Tribunos militum consulari potestate habuit. Diodorus verò Q. Ser. C. Veturium, A. Cornelium, M. Cornelium, & M. Fabium edit, & Q. Cincinatum potius, quam Capitolinum Sigonius vocat. Reliqua ex fragmentis Capitolinis fidem habent, in quibus est Cossus.... Maluginensis.... Cincinatus.... M. Fabius Ambustus. Est autem M. Fabius Ambustus is, qui filias duas collocauerat, ynam C. Licinio Stoloni, alteram Seruio Sulpitio pretextato, vt scribit Litiuus.

385
L. Quinctius. *Ser. Cornelius.*
Ser. Sulpitius. *Sp. Seruilius.*
L. Papirius. *L. Veturius.*

Hos sex hoc anno Tribunos militum Litiuus prodit. Tres tantum refert Diodorus T. Quintium, Seruium Cornelium, Seruium Sulpitium. Hi verò omnes quibus cognominibus, ac qua numerorum in multiplicatis honoribus nota signandi sint, Capitolina fragmenta docent in quibus est Capitolinus.... Maluginensis i. pretextatus III. Sp. Seruilius Structus, L. Papirius Crassus, L. Veturius, Crassus Cicurinus.

386 *Duo dictatores sine curulibus magistratibus.*

PRINCIPIO statim anni ad vltimam dimicationem de legibus à Licinio & Sextio promulgatis ventum est, & cum tribus vocarentur, nec in secessio collegarum lateribus oblitaret, trepidi patres ad duo vltima auxilia summum imperium, summumque ciuem decurrunt. Dictatorem dici placet, dicitur M. Furius Camillus, qui magistrum equitum L. Aemilium cooptat. Ceterum cum plebis duces acris contra Camillum agerent, vt Litiuus scribit, is se dictatura abdicauit, vt etiam Plutarchus testatur causam abdicationis, quam Litiuus refutare conatur affirmans. In locum Camilli abdicantis dictatorem alterum susceptum fuisse, Litiuus & Plutarchus scribunt. Litiuus P. Manlium vocat, Plutarchus nomen tacet. Magistrum verò equitum C. Licinium fuisse vterque scribit. Verum non eundem vterque intelligit. Litiuus enim eum esse dicit qui tribunus militum consulari potestate fuerat, & recte. Plutarchus secessionis nouarumque legum auctorem, & male. Nam secessionis dux hoc anno nonum tribunus plebis, & magister equitum esse non poterat. Quare Onuphris eum filium esse exlimate P. Licinij Calui tribuni militum. Neporem verò eius P. Licinij, qui primus è plebe tribunus militaris fuerit, de quo plura apud ipsam in Fastis suis.

A. Cornelius II. *M. Cornelius II.*
L. Veturius. *M. Geganius.*
Iulus P. Manlius. *P. Valerius VI.*

387

Litiuus hoc anno tribunos militares iam nominatos prodit, quos præterit Diodorus. Horum cognomina & multiplicatorum honorum note in fragmentis Capitolinis sunt ita, Cossus II.... Maluginensis II.... Mamerinus. L. Veturius. Crassus Cicurinus II.... P. Valerius Potitus Publicola VI. P. Manlius Capitolinus II.

L. Sextius. *L. Aemilius.*

388

CVm L. Sextius & C. Licinius tribuni plebis decimam refecti acris de legibus ferendis pugnarent, Dictatoris tandem & Senatus autoritas vt tribunicia victa est, ac omni aduersante nobilitate, vt comitia consilium fierent, atque alter ex plebe cof. crearetur legibus latis obriuerunt. Quibus L. Sextius primus de plebe cof. factus est. Quum autem patricij se huius rei auctores futuros omnino negaret, ac res ad secessionem plebis spectaret, per dictatorem sedata discordia sunt. Cossellusque à nobilitate plebi cof. plebeius. A plebe verò nobilitati pretor vnus, qui ius in vrbe diceret ex patribus creandis. Idem etiam adiles curules duos ex patricijs vt fierent, primam obtinuerunt. Plebs consularum L. Sextio, cuius lege partus erat dedit, ei collega ex patribus datus L. Aemilius Mamerinus. Hæc Litiuus & Plutarchus, qui cum Casiodoro consules edit L. Aemilium ex patricijs, L. Sextium ex plebe. Quos Diodorus vocat L. Aemilium Mamerinum, Lucium Lateranum. Est autem Lateranus Sexti cognomen, vt est in tabula Capitolina, in qua Mamerinus & L. Sextius Sextinus Lateranus consules eduntur, vt in Fastis Siculis Mamerinus & Lateranus in libro de viris illustribus scriptum est, non L. Sextium, sed C. Licinium Stoloni primum è plebe consulem factum.

L. Genutius. *Q. Seruilius.*

389

Diodorus, Litiuus & Casiodorus consules edunt, L. Genutium, Q. Seruilium, quorum Orosius quoque & Eutropius mentionem faciunt Q. Seruilius Q. F. Q. N. Ahala scribitur in hoc consulari Capitolino, L. Genutius. M. F. Cn. N. Anentiuensis in secundo. In Fastis autem Siculis est Genutius & Curtius, vt opinatur Sigonius per mendam.

C. Sulpitius Peticus. *C. Licinius Stolo.*

390

HI consules memorantur à Litiuo & Casiodoro. Diodorus cognomina silet. Eorumdem meminit Valerius libro 2. cap. 1. & Plutarchus in Problematis. Quæ autem ceteri Stolonem Capitolini scriptores Caluum appellant, itemque Siculi, qui horum cognomina edunt Peticum & Caluum.

L. Aemilius Mamerinus II. *Cn. Genutius.*

391

Litiuus & Casiodorus hos consules edunt, quos Diodorus lib. 16. Cn. Genutium, L. Aemilium vocat. In tabulis Capitolinis.... Mamerinus II. Cn. Genutius, M. F. M. N. Anentiuensis, in Fastis Siculis est Mamerinus & Ahala.

Q. Seruilius Ahala. *L. Genutius II.*

392

Diodorus in hunc annum consules prodit Q. Seruilium & Q. Genutium, Fasti Siculi Ahalam & Genutium. Litiuus & Casiodorus Q. Seruilium Ahalam, L. Genutium. Hi sunt, qui triennio etiam ante inter se collegæ comparati fuerunt.

C. Sulpitius. *C. Licinius Caluus.*

393

Hos in hunc annum memorat Litiuus, Casiodorus C. Sulpitium II. & C. Licinium. Diodorus C. Sulpitium & C. Licinium, Sigonius eisdem esse putat, qui triennio ante collegæ etiam fuerunt. Licinium Fasti Siculi, non Calui vt ante, sed Stolonis cognomine afficiunt, vt Sulpitium Petici.

C. Pet-

394 *C. Pœtelius Libo. M. Fabius Ambustus.*

Cœtelium Balbum, M. Fabium Ambustum, confules in hunc annum tradit Livius & Casiodorus. At Diodorus M. Fabium & C. *ποπλίω* μέδωσέ pro *ποπλίω*. Alia cognomina tradit Capitolini scriptores C. Pœtelij quam Livius, illi enim Libonem Vifolum, hi Balbū, cum Capitolinis faciunt Siculi.

395 *M. Popilius Lænas. Cn. Manlius.*

Hoc nomine Livius & Casiodorus confules produit in hunc annum. Diodorus M. Popilium Lænatum, & Cn. Manlium Imperiosum. Primus è Popilijs hic fuit, qui Lænas dictus sit, cuius causam in Bruto exponit Cicero, M. Popilius (inquiens) cum consul esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres cōcitate & seditione nunciata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem seditionemque, tum auctoritate, tum oratione sedavit.

396 *C. Fabius. C. Plautius.*

Livius & Casiodorus confules memoratos hoc anno habent, apud Diodorum sunt M. Fabius, C. Plautius. In Fastis Siculis est Ambustus & Proculus. In Capitolinis.... Ambustus, C. Plautius Proculus.

397 *C. Martius. Cn. Manlius.*

Diodorus, Livius & Casiodorus, confules hoc anno produunt, C. Martium, & Cn. Manlium, Cn. Manlius biennio ante primum consul fuit. Liber Cuspiniani & Fasti Græci Rutilum & Capitolinum habent.

398 *M. Fabius Ambustus II. M. Popilius Lænas II.*

Hoc nomine à Livio & Casiodoro huius anni confules memorantur, Diodorus cognomina & numeros præterijt. Liber Cuspiniani & Fasti Græci Ambustum II. & Lænatem edunt.

399 *C. Sulpitius Peticus III. M. Valerius Poplicola.*

Quadragesimo anno quā vrbs condita erat, quinto & tricesimo quā à Gallis recepta, ablato post XI. annum à plebe consulatu, patricij confules ambo ex interregno magistratum inierunt, C. Sulpitius Peticus III. M. Valerius Poplicola, Livius. Eosdem confules referunt Diodorus & Casiodorus, & Fasti Siculi, cur dissentiat Liviana summa ab hac digestione, explicant Sigonius & Onuphrius in suis Fastis.

400 *M. Fabius Ambustus III. T. Quintius, vel M. Popilius.*

Hoc etiam anno confules ambo ex Livio patricij fuerunt M. Fabius Ambustus III. T. Quintius, quamvis in quibusdam annalibus pro T. Quintio M. Popilium cons. se inuenisse scribat. Livio assentiuntur Diodorus, Casiodorus, itemque Solinus, qui cap. 41. ex Cornelio Nepote Alexandri natalem, M. Fabio Ambusto, T. Quintio Capitolino cons. scribit. Liber Cuspiniani Ambustum & Capitolinum edit. Hi confules cum ijs qui sequuntur in Fastis Siculis præcedi sunt.

401 *C. Sulpitius Peticus IIII. M. Valerius Poplicola IIII.*

Confules ambo patricij hoc anno creati, qui hic notantur, authoribus Livio & Casiodoro. Diodorus cognomina & numeros omittit, subijciens prioribus, cons. M. Valerium, C. Sulpitium.

402 *P. Valerius Poplicola. C. Martius Rutilus.*

Livio Valerio Poplicolæ datus est à plebe collega, C. Martius Rutilus in hunc annum, ut ait Livius. Hos vocat Casiodorus P. Valerium, C. Martium Rutilū II. Diodorus M. Fabium, P. Valerium. Fasti Siculi hos cum insequentibus confundunt, qui Rutilum & Pennum inter se comparant.

C. Sulpitius Peticus. . . T. vel K. vel C. Quintius Pennus.

403

Creati in hunc annum confules C. Sulpitius Peticus, T. Quintius Pennus, quidam Cæsonem, alij Caium nomen Quintio adijciunt. Sic Livius, Casiodorus C. Sulpitium Peticum, T. Quintium Pennum edit. Diodorus C. Sulpitium & C. Quintium.

M. Popilius Lænas. L. Cornelius Scipio.

404

M Popilium Lænatem à plebe confulem in hunc annum, à patribus L. Cornelium Scipionem datum scribit Livius, Casiodorus M. Popilium Lænatem III. L. Cornelium Scipionem edit. Diodorus C. Cornelium, M. Popillum. Fasti Siculi Scipionem & Lænatem.

L. Furius Camillus. P. Claudius Crassus.

405

Dictator P. Furius Camillus reddidit patribus pristinam possessionem consulatus, ipse ob id meritum ingenti patrum studio creatus Consul collegam P. Claudium Crassum dixit. Livius. Idem confules produunt à Casiodoro. Diodorus Æmilium, T. Quintium edit. Fasti Siculi Camillum & Crassum. Horum consulum meminit Cicero in Catone, cum ait, Platonem Tarentum venisse L. Camillo ac P. Claudio consulibus, & Cellius lib. 9. cap. 11.

M. Valerius Corvus. M. Popilius Lænas IIII.

406

Dictator M. Manlius Torquatus absentem M. Valerium Corvum (id enim illi deinde cognomen fuit) summo favore populi tres & viginti annos natum Consulē renuntiavit, Collega Corvo de plebe M. Popilius Lænas III. cons. datus est, ita Livius & Casiodorus. Diodorus triennio post M. Valerium, & M. Popilium edit. In fragmento Capitolino est tantum M. Valerius M. F. M. N. Corvus consul. In Fastis Siculis Corvum & Lænas.

T. Manlius Torquatus. C. Plautius.

407

Hos Livius & Casiodorus huius anni confules edunt. Fasti Cuspiniani & Siculi Torquatum, & Venonem. In Capitolino fragmento extant cognomina Manlij Imperiosus Torquatus.

M. Valerius Corvus II. C. Pœtelius.

408

Hi confules memorantur à Livio & Casiodoro. Fasti Cuspiniani & Siculi confules profertur Corvum & Libonem: C. Pœtelius ex dictatura Capitolina anno CDXL. gesta descriptus est. Nam in fragmento huius consulatus extat tantum cognomen eius alterum Vifolus.

M. Fabius Dorso. Ser. Sulpitius Camerinus.

409

Hi confules in hunc annum creati, author Livius & Casiodorus, Diodorus etiam quamquam non sito loco M. Fabium, & Ser. Sulpitium confules prodit. Fasti Siculi Dorsonem & Mamerinum. Hi ambo Confules patricij fuerunt, quod omisit Livius.

C. Martius Rutilus III. T. Manlius Torquatus II.

410

Livius & Casiodorus confules hos hoc anno profertur: Diodorus item edit C. Martium, C. Manliū Torquatum. Fasti Siculi Rutilum & Torquatum: Eorūdem etiam meminit Frontinus lib. 1. Stratagematum.

M. Valerius Corvus III. A. Cornelius Cossus.

411

Hos creatos in hunc annum cum Livio Casiodorus tradit. M. Valerium & A. Cornelium edit Diodorus, Cicero de diuinatione & Frontinus. Valerium & Cossum, Fasti Siculi. Vterque patricius est. Is verò qui scripsit de viris illustribus Valerium Maximum & Cornelium Cossium vocat.

C. Martius Rutilus IIII. Q. Servilius.

412

Livius & Casiodorus confules in hunc annum produunt, C. Martium, & Q. Servilium: Diodorus Q. Servilium, Martium Rutilum: Ahalam & Rutilum Fasti Siculi,

culi, Q. Servilius Ahala is est, qui magister Equitum fuit anno CDIII.

413 *C. Plautius II. L. Aemilius Mamercinus.*

Consules subsecuti sunt C. Plautius I. & L. Aemilius Mamercus, teste Livio & Casiodoro: Diodoro autē L. Aemilius, C. Plotius: Fastis Siculis Venno & Mamercinus. Cuspiniani Fasti in hunc annum Vennonem I. & Mamercinum edunt.

414 *T. Manlius Torquatus III. P. Decius Mus.*

Titus Manlius Torquatus III. P. Decius Mus hoc anno consulatum gesserunt, authore Livio & Casiodoro: Diodorus edit T. Manlium Torquatum, P. Decium Siculi Fasti Torquatum & Murem: Zonaras Torquatum III. & Decium: Eorundem consulum meminit Plinius lib. 22. cap. 5. Valerius lib. 1. cap. 5. vñ cum alijs.

415 *T. Aemilius Mamercinus. Q. Publius Philo.*

Consules hoc anno T. Aemilius Mamercus, Q. Publius Philo à Livio & Casiodoro memorentur, Diodorus præterit cognomina, Fasti Græci Mamercinum & Philonem edunt. Philo ex tabulis Capitolinis descriptus est.

416 *L. Furius Camillus. C. Menius.*

Ita Livius & Casiodorus: Diodorus L. Furium, & ^{meo} mendose: Camillum & Menium Fasti Siculi: L. Furium Camillum, C. Menium triumphi Capitolini. C. Menij consulis meminit Plinius lib. 34. cap. 5.

417 *C. Sulpicius Longus. P. Aelius Pærus.*

Equitos hos esse consules scribit Livius & Casiodorus: Diodorus præterit C. Sulpitium & L. Papirium Longum & Pætum Fasti Siculi.

418 *L. Papirius Crassus. K. Diutius.*

L. Papirius Crassus, K. Diutius consules in hunc annum authores Livius, Casiodorus, & exempto Crassi cognomine Diodorus: Crassus & Diutius est in Fastis Siculis. His de consulibus sic Cicero ad Pætum: L. Papirius Crassus quadriennio postquam dictator fuit, consul factus est cum K. Diutio.

419 *M. Valerius Corvus III. M. Atilius Regulus.*

Hoc anno cum Aufones, qui Cales urbem incolebāt, Sidicinis arma iunxissent, M. Valerius Corvus Maximus Imp. consul 111. est factus, cui collega additus M. Atilius Regulus, ita Livius. Eos quoque consules Casiodorus, & præter cognomina Diodorus edunt. cognomina autem exant in Fastis Siculis.

420 *T. Veturius. Sp. Posthumius.*

Dictatore comitia habente hi creati sunt consules, ut ait Livius. Eisdem consules edit Casiodorus & Diodorus. Zonaras Tiberium Calvini & Sp. Posthumium, & recte, ut Sigonius sentit. Fuit enim Tiberius Veturiorum prænomē: Fasti Græci & liber Cuspiniani Albinum & Calvini edunt.

421 *Interreges anno I.*

Hoc anno ex summa annorum Capitolina annum sine consulibus Sigonius & Onuphrius interponunt, quamvis huius rei neque apud Livium, neque alium quemquam mentionem extare viderint, idque ut rationem habeant summe annorum Varronis. Hoc autem potissimum tempore eum annum interponi debere docent tabule Capitolinæ. Nam quum in ijs M. Valerius Corvus Cos. III. exaratus sit anno vrbis CDXIX. L. autē Aimilius & C. Plautius anno vrbis CDXXIII. ut hæc inter se consentiant, annum interferere oportet. Eo enim prætermissio & L. Aimilius consul in annum CDXXIII. incidet, & tota annorum summa, quæ apud M. Varronem, & in tabulis Capitolinis est, labefactaretur. Quod autem hoc potissimum anno, annus hic sit interijciendus, diu

ante ipsos vidit Gregorius Holoander, qui Chronologiam consulum scriptam reliquit: nam huc omnino annum sine consulibus notatum præterijt. Putant verò Sigonius & Onuphrius hoc anno magistratum solitudinem, & sine consulibus Rempubliam fuisse pestilentia causa, de qua Livius scribit.

A. Cornelius II. Cn. Domitius. 422

A. Cornelius I. Cn. Domitius consules referuntur à Livio & Casiodoro. Diodorus A. Cornelium & C. Domitium edit. Calvini & Cossium Fasti Siculi.

M. Claudius Marcellus. C. Valerius Flaccus. 423

Reati inde consules M. Claudius Marcellus: C. Valerius, author Livius & Casiodorus. Apud Diodorū sunt etiam C. Valerius, M. Clodius, Livius se Flaccum Potitum que variè in annalibus cognomen Valerij reperire ait, Orosius Claudium Marcellum, & Valerium Flaccum edit, Potitum & Marcellum Fasti Siculi, Sigonius & Onuphrius cognomē retinent, ut Potito antiqua Valeriaz gentis cognomine, novum Flacci cognomen adiutum esse videatur.

L. Papirius Crassus II. L. Plautius Venno. 424

Hi consules hoc anno referuntur à Livio & Casiodoro. Diodorus cognomina silet. Crassum & Vennonem produnt Fasti Siculi.

L. Aimilius Mamercinus. C. Plautius. 425

Consules deinde, authore Livio & Casiodoro, creati L. Aimilius Mamercus & C. Plautius. Diodorus cum L. Plotio L. Papirium edit, Fasti Siculi Mamercinum & Decianum. Uterque horum quomodo describendus sit triumphus eorum Capitolinus aperte docet. Hi consules Kalend. Quintilibus magistratum inierunt.

P. Plautius Proculus. P. Cornelius Scapula. 426

Consules subijcit Livius & Casiodorus P. Plautium Proculum & P. Cornelium Scapulam. Diodorus P. Cornelium, A. Postumium. Fasti Siculi Vennonem & Scipionem, Onuphrius hunc non P. sed C. Plautium arbitratur, qui postea in censura quam cum Appio Cæco gessit, ob iniquitas (ut Frontinus scribit) aquæ venas, Venox est appellatus.

L. Cornelius Lentulus. Q. Publius Philo II. 427

L. Vcium Cornelium Lentulum, Q. Publium Philonem consules in hunc annum comparant Livius & Casiodorus. Diodorus L. Cornelium & Q. Publium. Fasti Siculi Lentulum & Philonem.

L. Papirius Mugillanus Cursor. C. Pætelius. 428

C. Pætelius & L. Papirius consules hoc anno memorantur à Livio, C. Pætelius III. & L. Papirius Mugillanus à Casiodoro. Horum consulum meminit Solinus ca. 35. Papirium quidem Livius hic Mugillanum vocat sed in alijs annalibus se Cursorem invenire ait. In Fastis Græcis est Libo & Cursor. Carterum C. Pætelius II. non III. scribendus est, ut admonent Sigonius & Onuphrius. Non enim est idem qui consul fuit anno CCCXCIII. sed eius filius.

L. Furius Camillus II. Iunius Brutus Scæva. 429

Consules suggerit Livius & Casiodorus L. Furium Camillum II. Iunium Brutum Scævam. Diodorus L. Furium, D. Iunium, Fasti Siculi Camillum & Brutum.

L. Vcium Furiū, cui Samnitum provincia cuenerat, 430 morbo implicitum fortuna bello subtraxit, iussusque Dictatorem dicere, rei gerendæ causâ dixit L. Papirium Cursorem longè clarissimum bello ea tempestate, à quo Q. Fabius Maximus Rullianus magister equitum dictus est. Huic postea Cursor, quia iniussu suo, se Româ ad auspicia repetenda profecto, cum Samnitibus prospere pugnavit, magistratum equitum abrogavit, & in eius locum

locum L. Papirium Crassum sibi cooptavit. Hæc Livius, Eutropius, Valerius lib. 2.

431 *C. Sulpitius Longus II. Q. Emilius, L. Aulius Cerretanus.*

Lvcius Papirius Dictator antequam magistratu abiret, consules creavit C. Sulpitium Longum II. Q. Aulium Cerretanum, Aulium quidam annales habent, ita Livius. Fasti item Siculi Longum & Cerretanum habent. Diodorus mendosè pro Aulio Aulium habet.

432 *Q. Fabius. L. Fulvius.*

Q Fabium, L. Fulvium consules in hunc annum produnt Livius & Casiodorus. Quos Q. Fabium Maximum Rullianum, L. Fulvium Curvum nominant Capitolini triumphi. Mirum itaque in Fastis Siculis suggesti Curvorem & Syllam.

433 *T. Verurium Caluinum. Sp. Postumius.*

Hoc anno T. Verurium Caluinum, & Sp. Postumii consules edunt Livius & Casiodorus. Cicero 2. de Offic. eos bis cōsules esse scribit. Zonaras alterum T. Caluinum vocat familiari gentis Veturie prænominem. Fasti Græci Caluinum & Albinum produnt. Horum consuli & Caudinæ pacis meminerunt Cicero de senectute, Plinius de viris illustribus, Gellius lib. 17. cap. 25. Florus lib. 1. cap. 16. Orofius lib. 3. cap. 15.

434 *L. Papirius Cursor II. Q. Publius Philo.*

Livius & Casiodorus consules in hunc annum produnt Q. Publium Philonem, L. Papirium Curvorem II. Fasti Siculi Curvorem & Philonem. Ceterum Philonem nunc III. consulem esse superiores consularatus ostendunt.

435 *L. Papirius Cursor vel Mugillanus. Q. Aulius Cerretanus II.*

Livius ambigi ait Curvorne Papirius hoc anno cum Q. Emilio Cerretano iterum ob rem bene gestam Luceriæ continuato magistratu consul tertium creatus sit, an L. Papirium Mugillanus, & in eo cognomine erratum sit. Casiodorus L. Papirium, Q. Aulium Cerretanum edit, Papirium & Cerretanum Fasti Siculi. Curvorem autem non Mugillanum probat Capitolinus eius triumphus. Author libri Cuspiniani alios annales secutus Mugillanum edit.

436 *M. Fosius Flaccinator. L. Plautius Venno.*

Cvm duodecim sequentibus annis integras habemus tabulas Capitolinas, non erit multum laborandum in magistratum nominibus restituendis. Eæ verò & Livius & Casiodorus in hunc annum cōsules edunt, M. Fosium Flaccinorem, L. Plautium Vennonem. Diodorus L. Plotionem, *μεινον φέλιον*. Vennonem & Flaccum Fasti Siculi.

437 *C. Iunius Bubulcus. Q. Emilius Barbula.*

Consules suggerit Casiodorus C. Iunium, Q. Emilium, Livius C. Iunium Bubulcum, Q. Emilium Barbulam, Capitolinus lapis Q. Emiliam Barbulam, C. Iunium Bubulcum Brutum.

438 *Sp. Nautium. M. Popilius.*

Deinceps Sp. Nautium, M. Popilium, consules edunt Livius & Casiodorus. Rutilus & Lanæ eorum cognomina à Sigonio restituta sunt, quæ eadem quoque extant in Fastis Siculis.

439 *L. Papirius Cursor III. Q. Publius Philo III.*

Nomina consulum huius anni librariorum culpa exciderunt apud Livium. Eæ verò sunt L. Papirius III. Q. Publius Philo I. vt apud Casiodorum & in tabulis Capitolinis, & in libro Cuspiniani scriptum est vbi est Curvōr & Philo. Fastis Siculis est Curvōr & Lanæ.

M. Pætelius. C. Sulpitius.

440

CAium Sulpitium, M. Pætelium consules memorat in hunc annum Livius & Casiodorus. Diodorus autem C. Sulpitium & *μυθρον πειλιον* mendosè pro *πειλιον*. Capitolini scriptores M. Pætelium Libonem. C. Sulpitium Longum III. Siculi Longum & *σαμνητον*. Sed vt rectè Sigonius putat per mendam.

L. Papirius Cursor V. C. Iunius Bubulcus II.

441

Lvcium Papirium Quintum, C. Iunium consules in hunc annum edit Diodorus, Curvorem & Bubulcū Fasti Siculi. Livius autem & Casiodorus L. Papirium Curvorem V. C. Iunium Bubulcum II. Forum etiam consulum meminit Festus lib. 18.

M. Valerius. P. Decius.

442

Marcum Valerium Maximum, P. Decium, consules infectos esse Livius. M. Valerium, Pub. Decium Casiodorus scribunt. Frontinus de aqueductibus horum consulum meminit. Quos triginta annis post initium belli Samnitici fuisse scribit Pub. Decium Murem, post vocat Livius. Maximum & Murem Fasti Siculi.

C. Iunius Bubulcus III. Q. Emilius Barbula II.

443

Consules hoc anno apud Livium reperiuntur C. Iunius Bubulcus III. Q. Emilius Barbula II. itidem apud Casiodorum. Apud Diodorum C. Iunius, Q. Emilius. In Fastis Siculis est Bubulcus & Barbula. Eadem nomina sunt etiam in Capitolinis, quæ apud Livium.

C. Martius Rutilus. Q. Fabius.

444

CAius Martius Rutilus, Q. Fabius consules sunt in hunc annum apud Livium. Apud Casiodorum, C. Martius Rutilus, Q. Fabius I. Apud Diodorum C. Martius, Q. Fabius iterum, in Fastis Siculis Rullus & Rutilus, Capitolinis Q. Fabius Maximus, Bullianus II. C. Martius Rutilus, qui postea Censorinus in secunda censura anno CDXXVIII. appellatus est.

Sine consilibus: Dictatore II. L. Papirio Dictatore.

445

Hunc quoque sine consilibus annum interponit Verrius Flaccus, in quo Lucium Papirium Dictatorem cum C. Iunio Bubulco Bruto II. magister equitum tradidit. Eum annum Diodorus, Livius, Fasti Græci, liber Cuspiniani & Casiodorus transcendunt. Nam Livius scribit L. Papirium Curvorem C. Iunio Bubulco, &c. consulem dicti, quod res non satis prosperè à C. Martio consule in Samnitibus essent gesta. Hanc anni interpositionem Onuphrius probavit, vt annorum Varonis summa, quæ tabulis Capitolinis annum addit, constet, cuius sententiam & nos sequi volumus.

Q. Fabius. P. Decius.

446

Fabio continuatum cōsulatum ob egregiè domitam Hetruriam, eundemque Decio collega datum prodit Livius. Casiodorus consules Q. Fabium I. P. Decium II. proficitur. Diodorus P. Decium, Q. Fabium, Fasti Siculi Murem & Rullum. Capitolini P. Decium Murem II. Q. Fabium Maximum Rullianum III.

App. Claudius. L. Volumnius.

447

Deinceps secutos consules Appium Claudium, & L. Volumnium prodit Livius. Casiodorus & Diodorus Appium & Violentem. Fasti Siculi Appium Claudium Cæcum, L. Volumnium. Flamman Violentem Capitolini. Violensne an Violentis in alterius consulis cognomine dicendum sit, animadvertendum monet Onuphrius. Lapis enim Capitolinus semper Violens scribit. At Fasti Græci Appium & *σιονδριος* edunt, quasi Violentem.

Q. Marcius Tremulus. P. Cornelius Aruina.

448

Consules in hunc annum edunt Q. Marcium Tremulum cum collega adiuncto, Livius & Casiodorus.

rus, Q. Martium, P. Cornelium Diodorus, Tremulum & Aruianam Fasti Siculi.

449 *L. Postumius. T. Minutius.*

Lucius Postumius, T. Minutius consules referuntur à Diodoro, Liviò, & Casiodoro. Liber Cuspiniani Megellum edit & Augurinum. Hos consules L. Pifo, Q. Fabio & P. Decio suggerit, biennio exempto quo Claudium consules factos esse tradidimus, memoriæ fugerit in annalibus digerendis, an consultò omiserit, duos consules falsos ratus transderit incertum est, ita Liviùs, &c. Hoc anno Megellum Postumij cognomen, & Tiberium Minutij, Marcum Fulvij prænomina edit fragmentum Capitolinũ. Fulvij cognomina fuerunt, Curvius Patinus, vt scriptum est in triumpho eius.

450 *P. Sempronius Sophus. P. Sulpitius Sauerrio.*

Consules insecuti sunt P. Sulpitius Sauerrio, P. Sempronius Sophus, authores Liviùs & Casiodorus. Apud Diodorum P. Sulpitius, P. Sempronius, in Fastis Siculis Sempronius & Sauerrio. Horum consulum meminit Plinius lib. 33. Sed Sempronium Longum vocat. Ambo ex eorum triumphis Capitolinis descripti sunt, in consularu enim tantum extat Sophus & Publius.

451 *L. Genutius. Ser. Cornelius.*

Diodorus, Liviùs, & Casiodorus, consules hoc anno memorant L. Genutium, & Seruium Cornelium. Auentinentem & Lentulum Fasti Siculi. Cornelio etiã cognomen Lentulum adijciunt Capitolini scriptores.

452 *M. Liviùs Dentser. M. Æmylius.*

Consules hoc anno nominat Liviùs M. Liviùs, C. Æmylium, Casiodorus M. Liviùs, L. Æmylium. Diodorus M. Liviùs, M. Æmylium. De prænomine Æmylij Diodoro potius credendum Sigonius & Onuphrius existimant, quàm alijs, præsertim cum apud Liviùm mentio sit anno sequenti M. Æmylij Pauli magistri equitum, quem eundem cum hoc consule esse ducunt. M. Liviùs Dentser scribitur in Fastis Capitolinis, quod cognomen etiã adijcit Liviùs alio loco Liviùs. Cuspiniani item liber Dentrem & Paulum tanquam horum cognomina consulum edit. Dentrem & Æmylium Fasti Siculi.

453 *Duo dictatores sine consulibus.*

Et hunc annum quoque duorum dictatorum sine consulibus Fastis suis ex Capitolinorum tamen fragmentorum autoritate interponit Onuphrius, vt Varronis annorum summa omninò cõueniat, quæ hoc præterito tota laberetur, quamvis Diodorus, Liviùs & Casiodorus, dissentiant, annumque hunc omninò prætercunt. De quo laus vide Onuphriũ in Fastis anno CDLIII.

454 *M. Valerius. Q. Apuleius Panfa.*

Marco Liviò & M. Æmylio duorum dictatorum sine consulibus anno præterito, Liviùs & Casiodorus consules suggerunt M. Valerium, & Q. Apuleiũ Panfam. Fasti Græci Corninum & Panfam. M. autem Valerium Maximum videtur intelligere Liviùs, quod eum ex dictatura cõsulem factum ait. Dictatorem autem M. Valerium Maximum, superiori anno aperte scribit.

455 *M. Fulvius Petrus. T. Manlius Torquatus.*

In hunc annum consules profitentur Liviùs, Casiodorus, M. Fulvium Petrum, T. Manlium Torquatum. Petrum & Torquatum Fasti Siculi. Liviùs Q. Fabium consulatum sibi non petenti oblatum ait recusasse. Carerem T. Manlio consuli Etruria, quæ aduersus inducias bellum parabat, euenit. Is autem vixdum ingressus hostium fines, cum exereretur inter equites ab rapido cursu circumagendo equo extemplo propè expirauit, tertius ab eo casu dies vite fuit. M. Valerium omnes centuriæ dixerunt, quem senatus Dictatorem iussurus erat. Hæc Liviùs. M. autem Valerium Coruum intelligit, quem Cicero de senectute, Valerius Maximus lib. 8. cap. 14. Plini-

us lib. 7. cap. 48. Plutarchus in C. Mario VI. consulem fuisse scribunt, cuius inter primum & sextum consulatum XLVI. scribit. Omnes tamen Coruinum non Coruum, appellant.

L. Cornelius Scipio. Cn Fulvius.

CN. Fulvius, & L. Cornelius Scipio consules memorantur à Liviò & Casiodoro, Scipio & Centumalus à libro Cuspiniani, Scipio & Maximus à Fastis Græcis.

Q. Fabius Maximus IIII. P. Decius Mus III.

Liviùs & Casiodorus consules in hunc annum profitentur Q. Fabium Maximum IIII. & P. Decium Murem III. Eosdem referunt liber Cuspiniani & Fasti Græci, P. Decij ter consulis meminit author de viris illustribus, & Frontinus in libro Stratagematum.

L. Volumnius. App. Claudius.

L Volumnius de plebe, App. Claudius ex patribus consul in hunc annum factus, qui priore consulatu inter se item comparati fuerunt. Liviùs & Casiodorus. In Fastis etiam Siculis est Claudius & Violens. Cicero autem in Catone author est, inter duos App. Cæci consulatus annos decem interfuisse.

Q. Fabius V. P. Decius IIII.

Deinceps subsecutos cõsules esse Q. Fabium V. P. Decium IIII. quiam duobus consularibus & censura collega fuerat, author est Liviùs & Casiodorus, Rullum & Murem Fasti Siculi, quorum consulum meminerunt Cicero sepius, Valerius Maximus, Paterculus, Plutarchus, Frontinus primo Stratagematum, author de viris illustribus, Eutropius, Orofius & alij, qui omnes referunt, P. Decium consulem patris exemplum secutum, se pro legionibus deuouisse, atque morte sua victoriam egregiam populo Romano attulisse.

L. Postumius Megellus. M. Atilius Regulus.

Insequiti deinceps consules sunt L. Postumius Megellus, M. Atilius Regulus, author Liviùs & Casiodorus. In Fastis Siculis sunt cognomina Megelli & Reguli.

L. Papirius Curfor. Sp. Caruilius.

In hunc annum consules fuerunt L. Papirius Curfor, & S. Caruilius, authore Liviò & Casiodoro. Curfor & Maximus Fastis Siculis, lapis Capitolinus Papirij L. F. Sp. N. Curforis meminit, quem Liviùs Papirij V. cõsilium scribit. Horum consulum meminerunt Plinius Veronensis lib. 7. cap. 60. Valerius Maximus lib. 7. cap. 1. Vel leius lib. 2. Et idem Liviùs in anno CDLVI.

Q. Fabius Gurges Maximus. Decius Iunius Brutus Scaualini F.

Insequens annus consules habuit Q. Fabium Gurgem, D. Iunium Brutum, Scauã, teste & Liviò & Casiodoro. Iunium Brutum, Q. Fabium Maximum Zonaras. Maximum & Scauã Fasti Cuspiniani, Brutum & Maximũ Siculi, Fabium Q. Maximi Rulliani, quinque ante consulis filium Liviùs, Plinius lib. 7. Capitolinæ tabulæ & Zonaras prodiderunt.

Finis consulum primæ Decadis.

L. Postumius. C. Iunius.

Cum ex hoc consularu Liviij libri X. interciderint, quem locupletissimum authorẽ huius historiæ huc usque habuimus, iamque maximis annalium præsidijis propè destituti simus, Diodori, Dionysij & Liviij, ab hinc Casiodori, Fastis Siculis, & libro Cuspiniani in primis authoribus vtetur in annis per consules digerendis, neque verò interea si quid ab alijs nobis adiumenti suppeditabitur rejiciemus. In hunc igitur annum cõsules creatos esse L. Postumium, & C. Iunium scribit Casiodorus, quorum cognomina Megellum & Brutum Bubulcum, ne Fasti quidem Cuspiniani & Siculi omiserunt. Meminit horum Liviùs lib. 28. cum ait: Lucius Postumius Megellus

gellus interrex ijs comitijs, quæ ipse habuit, cum C. Bulco consul creatus est.

464 *P. Cornelius Rufinus. M. Curius Dentatus.*

Consules hoc anno digeruntur à Cæsiodoro P. Cornelius Rufinus & M. Curius Dentatus, pro quibus in Fastis Siculis Maximus III. & Mus VI. Horum verò cõsulum meminit Cicero in Catone. Paterculus lib. I. Valerius Maximus lib. 6. cap. 3. Plinius lib. 7. cap. 50. M. verò Curius Dentatus appellatus est, vt Plinius scribit lib. 6. cap. 16. quòd cum dentibus natus esset.

465 *M. Valerius. Q. Cædicius.*

Marcus Valerius, Q. Cædicius, postea consules fuerunt, authore Cæsiodoro. Liber antiquus Cuspianiani cognomina addit Coruini & Noctæ, quæ in Fastis Siculis prætereuntur. Fasti Græci Maximum & Murem legunt. Nam Valeriorum Coruinorum Maximum quoque cognomen est.

466 *Q. Martius. P. Cornelius.*

Cæsiodorus hoc anno consules edit Q. Martium, P. Cornelium. Liber Cuspianiani & Fasti Græci cognomina addunt Tremulum II. & Aruinum I. qui vnà consules antea fuerunt.

467 *M. Marcellus. Sp. Nautius.*

Cæsiodorus consules in hunc annum proficitur, M. Marcellum, Cn. Nautium: Fasti Græci & liber Cuspianiani Marcellum & Rutilum.

468 *M. Valerius. C. Ælius.*

Marcus Valerius, C. Ælius consules digeruntur hoc anno à Cæsiodoro: Maximum & Pætum edit liber Cuspianiani. Fasti verò Græci Potitum & Pætum. Est autem tam Maximum quàm Potitus Valeriorum cognomen.

469 *C. Claudius. M. Æmilius.*

Cæsiodorus cõsules edit C. Claudium, M. Æmilium. Fasti Græci & liber Cuspianiani Caninam & Lepidum, quorum illud Claudij, hoc Æmilij cognomen est.

470 *C. Seruilius. L. Cæcilius.*

Seruilius, L. Cæcilius Merellus consules digeruntur à Cæsiodoro, nam quòd in quibusdam Cæsiodori codicibus pro L. Cæcilio sit Cælius, id mendum est, vt Sigonius & Onuphrius annotarunt. Seruilio consuli Fasti Græci cognomen Tuccam adijciunt, quem cum Dentone consulem edunt pro Dentre, vt Sigonius cum Onuphrio existimat. Est enim Denter etiam cognomen Cæciliorum, vt ex Liuiò apparet.

471 *P. Cornelius Dolabella. Cn. Domitius.*

P. Cornelium Dolabellam, Cn. Domitium consules suggerit Cæsiodorus, Dolabellam & Caluum Fasti Cuspianiani, Dolabellam Maximum Siculi, Maximum autem Dolabellæ cognomen putant quidam, quod ex Gallici belli parta laude sibi videtur comparalle.

472 *C. Fabricius. Q. Æmilius.*

Caium Fabricium, Q. Æmilium, cõsules subijcit Cæsiodorus, Luscinum & Papum Fasti Siculi. Horum autem sic meminit Cicero in Lælio: Videmus Papum Æmilium C. Luscino familiarem fuisse, sic à patribus accepimus, bis vnà consules & collegas in censum. Præterea C. Fabricij & Q. Æmilij Papi meminit etiam Valerius capite de paupertate, Æmilium mendosè Paulum vocat Plutarchus in Parallelis.

473 *L. Aimilius. Q. Martius.*

Consules secuti sunt, authore Cæsiodoro, L. Aimilius & Q. Martius, quibus liber Cuspianiani & Fasti Græci addunt cognomina Barbulam & Philippum, idque ex eorum triumphis Capitolinis intelligi potest.

474 *P. Valerius. Tit. Coruncanius.*

P. Vblius Valerius & Tit. Coruncanius consules hoc anno digeruntur à Cæsiodoro: Fasti Græci, liber Cuspianiani, Florus, Orofius, Eutropius, Valerio Læuii cognomen addunt: Plutarchus *ἀλβίων* habet pro *λαβίων*.

P. Sulpicius. P. Decius.

475 Deinceps P. Sulpitium cum P. Decio consules suggerit Cæsiodorus. Sauennionem & Murem Fasti Siculi: P. Decium P. Decij, qui se Samnitico & Gallico bello deuouit, filium fuisse, authore est Cicero lib. 2. de finibus, & in Thusculanis disputationibus.

C. Fabricius. Q. Æmilius.

476 Caium Fabricium & Q. Æmilium consules suggerit Cæsiodorus, quos liber Cuspianiani & Fasti Græci Luscinum II. & Papum vocant. Eos autem vnà ante in consulatu collegas fuisse scribit Cicero in Lælio. Eorundem meminerunt Plutarchus in Pyrrho, Gellius libro 3. cap. 8. Eutropius & Zonaras.

P. Cornelius. C. Iunius.

477 P. Cornelius & C. Iunius consules hoc anno memorantur à Cæsiodoro. Liber Cuspianiani Rufinum II. & Brutum: Fasti Græci Rufinum & Bubulcum, Zonaras Rufinum & Iunium edunt. Publij Rufini II. cõsulis, meminerunt Cicero 2. de Oratore, Valerius Maximus lib. 3. cap. 4. Gellius lib. 4. cap. 8. & lib. 17. cap. 21. Frontinus in libro Stratagematum.

Q. Fabius. C. Genutius.

478 Q. Fabium, C. Genutium consules suggerit Cæsiodorus, Gurgitem & Clepsinam Fasti Siculi. Horum cõsulum sic meminit Orofius, Fabio gurgite I. C. Genutio Clepsina consulis, pestilentia grauis vrbe & fines eius inuadit.

M. Curius. L. Lentulus.

479 Deinceps M. Curium, L. Lentulum, subijcit consules Cæsiodorus & Eutropius, Dentatum & Lentulum Fasti Siculi. Hic est tertius M. Curij consulatus, qui vnà cum Lentuli consulatu ex Capitolino huius anni triumpho descriptus est.

Ser. Cornelius. M. Curius.

480 Seruium Cornelium, & M. Curium consules hoc anno, Cæsiodorus proficitur: Merendam & Dentatum in. liber Cuspianiani & Fasti Græci: M. Curius nunc III. consul est, ter enim autè fuit. De Seruio Cornelio Merenda Plinius mentionem facit, scribens eum à L. Lentulo cõsule, anno priore capto Samnitium oppido coronam ex auro accepisse.

C. Fabricius. C. Claudius.

481 Cæsiodorus suggerit consules C. Fabricium, C. Claudium. Fasti Siculi Licinium & Caninam. Cuspianiani Licinium & Cinnam. Eutropius Fabium Licinium & C. Claudium Caninam. Velleius Fabium Dorsonem & Cl. Caninam. Ex quo intelligi potest hos consules vocatos C. Fabium Dorsonem Licinum: & C. Cladium Caninam. Nam Dorso antiquum fuit Fabiorum cognomen.

L. Papius Cursor. Sp. Caruilus.

482 S. P. Cartilius, I. Papius Cursor, consules deinceps prodit Cæsiodorus. Cursorem & Maximum Fasti Siculi & Cuspianiani. Hi ambo iterum consules fuerunt, quod ex Capitolinis eorum triumphis liquet. Meminit horum Frontinus de aqueductibus, & Liuius libro 24.

C. Quintius. L. Genutius.

483 C. Quintium, & L. Genutium consules prodit Cæsiodorus, liber Cuspianiani & Fasti Græci cognomina addunt Cladium & Clepsinam: Liuius lib. 7. I. Quintij meminit altero pede cladi, à quo forte hoc cognomen tractunt.

C. C. Genutius.

484. *C. Genutius. Cn. Cornelius.*
Cassiodorus hoc anno consules tradit C. Genutium, Cn. Cornelium. Quorum cognomina Clepsina & Blasio, ut est in libro Cuspiniani. C. Genutius est idē qui antea consul fuit, Cn. Blasio ex Capitolina censura descriptus est. Hos prætereunt Fasti Græci.
485. *P. Sempronius. Appius Claudius, Alij. Q. Ogulphius. Fabius Pictor.*
Cassiodorus Cornelio, & Genutio consulibus, P. Sempronium, & App. Claudium suggerit. Atque Quintium Gulonem, Fabium Pictorem consulē transcendit. Liber verò Cuspiniani, & Fasti Græci Gallum & Pictorē, Zonaras Q. Gallum & C. Fabium edunt: quorum meminit Eutropius, cum ait: Q. Gulone Fabio Pictore consulibus Picentes bellum commouere, & ab insequentibus consulibus Publio Sempronio, Ap. Claudio victi sunt. Et Plinius libro 33. cap. 3. Q. Fabio consule, inquit, argentum signatum annis quinque ante Punicū bellum. Hos etiam numerat Velleius libro 1. Cæterum Sigonius & Onuphrius admonent librum Eutropij in altero horum consulum graue mendam habere, & pro Quintio Gulone Q. Ogulphium reponendum, Gulonis enim nullibi præterea mentio est, ut fit Q. Ogulnius L. F. A. N. Callus, qui paulò antè legatus ad Ptolemaum missus est. Cedit autem præclarè, ut Ogulnius plebeius cum Fabio patrio comparant. Et Ogulij nomen in vetustissimis Eutropij manuscriptis codicibus inueniri Onuphrius testatur. Cumque huic sententiæ tam Fasti Græci quam Zonaras, & emendatiora antiquioraque Eutropij exemplaria adtipulenter. Illam quoque Hubertus Goltzius in suis consulum Fastis amplectitur maximè, cum & nummi antiqui huic suffragentur. Interim verò & hoc obseruandum sæpè in antiquissimis numis pro Glitera C. scribi, ut hinc in Ogulij, Ocul. Cal. pro Ogul. Calba.
486. *P. Sempronius. App. Claudius.*
Prioris anni consulum Ogulio & Fabio Pictori ex autoritate Eutropij Fastorum Græcorum, Cuspiniani, Zonaras, aliorumque cum Onuphrio tribuentes: P. Sempronium & App. Claudium huius anni consules statimemus: quos Velleius libro primo Sempronium Sophum, & Appium Cæci filium vocat. Fasti Græci Sempronium & Rufum Sophum, & Rufum liber Cuspiniani. Porro hoc quoque Goltzius admonet, Sempronij cognomen in antiquis numismatibus sine aspiratione scribi Sopsus, quod nec ipsum in antiquis numismatibus infrequens est: Legimus enim & in alijs Philippus, Tampilus, Cræccus, Pulcer, triumphus, pro Philippus, Tamphilus, Cræccus, pulcher, triumphus, & similia.
487. *M. Atilius. L. Iulius Libo.*
Marcum Atilium, L. Iulium Libonem suggerit Eutropius, Regulum & Libonem Fasti Siculi. M. Atilium, L. Iulium, Cassiodorus, uterque ex triumphis Capitolinis descriptus est.
488. *D. Iunius, N. Fabius.*
Diumium, & N. Fabium consules hoc anno edit Cassiodorus, Peram & Pictorem Fasti Siculi. D. Iunium, D. F. D. N. Peram N. Fabium C. F. M. N. Pictorem Capitolini triumphi. Vnde hi Fabij Pictoris cognomen tulerint, refert Plinius libro 35. cap. 4. Fabium Gurgitem & N. Fabium Pictorem eodem tempore vixisse innuit Valerius Maximus libro 4. cap. 3.
489. *Q. Fabius Maximus. L. Mamilius Vitulus.*
Cassiodorus & hunc quoque annum præterit. Fasti Græci Maximum & Vitulum. Zonaras Q. Fabium & Amilium, haud dubiè codicum errore pro Mamilio. Cuspinianus ex antiquis codicibus Q. Fabium Maximum, & L. Mamilium consules edit. Onuphrius Q. Fabium Maximum Gurgitem III. esse existimat.
- App. Claudius. M. Fulvius.* 490
Horum consulum præter tabulas Capitolinas meminerunt Polybius lib. 1. Gellius, qui App. Claudium Cæci fratrem Caudicem & M. Fulvium Flaccum vocat. Itemque Lilius, Patereulus, Plinius de viris illustribus, Appianus, Florus, Frontinus li. 1. Stratagem. Eutropius, Orofius, & Cassiodorus.
- M. Valerius. M. Otacilius.* 491
M Valerium, M. Otacilium consules suggerunt Cassiodorus atque Eutropius. Valerium Maximum & Otacilium Crassum, Zonaras. Maximum Messalam & Crassum Fasti Cuspiniani & Siculi. De his consulibus mentionem faciunt Verrius Flaccus, Polybius, Cassiodorus, Eutropius, & ex Varrone Macrobius, qui etiam causam reddit cur M. Valerius in hoc honore Messala appellatus sit. Item Plinius lib. 6. & 35. cap. 60. & 4.
- L. Postumius. Q. Mamilius.* 492
Consules subdunt Cassiodorus & Polybius L. Postumium, Q. Mamilium, Zonaras Postumium Albinum, & Q. Mamilium, Fasti Siculi Albinū & Vitulum. At Capitolini L. Postumium, L. F. L. N. Megellum, Q. Mamilium, Q. F. M. N. Vitulum.
- L. Valerius. T. Otacilius.* 493
Lvcium Valerium, T. Otacilium, consules comparant inter se in hunc annum Polybius & Cassiodorus. Valerij cognomen est Flaccus Otacilij Crassus, ut est in Capitolinis tabulis, itemque Siculis.
- Cn. Cornelius. C. Duilius.* 494
Consules suggerit Cassiodorus & Zonaras Cn. Cornelium, C. Duilium. Item etiam Polybius. Præterquam quod *scribitur* habet pro *scribitur*. Scipionem & Duilium Fasti Siculi. Cn. Cornelius Scipio Asina nominatur à Capitolinis scriptoribus, Orofio, Eutropio, & Valerio libro 6. cap. 10. de quo cognomine sic Macrobius libro 1. Saturn. Asina cognomentum Cornelij datum est, quoniam princeps Cornelij gentis empto fundo, seu filia data matrimonio, cum sponsore ab eo solenniter poscerentur, Asina cum pecuniæ onere produxit in forum, quasi pro sponforibus prætens pignus.
- C. Aquilius M. F. L. Cornelius L. F.* 495
Caium Aquilium, L. Cornelium consules Cassiodorus, Florus & Scipionem, Fasti Siculi, C. Florum L. Scipionem Zonaras, C. Aquilium Florum, L. Cornelium Scipionem, Eutropius & Orofius suggerunt. Hos prætermittit Polybius. Tabula Capitolina cum annalibus Eutropij & Orofij consentiunt.
- A. Atilius Calatinus. Q. Sulpitius.* 496
Avlum Atilium, C. Sulpitium consules edit in hunc annum Polybius. A. Atilium Calatinum, C. Sulpitium, Cassiodorus, Calatinum & Patereulum Fasti Siculi & Cuspiniani. A. Atilium Calatinum C. Sulpitium Patereulum, Capitolini. Atilium Calatinum, C. Sulpitium, Zonaras. De his consulibus Polybius, Cicero, Valerius, Florus, Frontinus in Stratag. Plinius Iunior, Gellius, Eutropius & Cassiodorus mentionem faciunt. Cæterum in prænomine Sulpitij Patereuli ipsæ inter se tabulae Capitolinae discrepant, illæ scilicet in quibus triumphus annotati sunt, à tabulis consularium & reliquorum magistratuum. in his enim Quintus, in illis Caius vocatur. Vnde Goltzius conijcit, non eundem fuisse auctorem tabularum triumphalium & consularium.
- Cn. Cornelius. C. Atilius.* 497
CN. Cornelium, C. Atilium Serranum consules proedit Cassiodorus, C. Atilium Polybius, C. Atilium Regulum Capitolinae tabulae. Regulum & Blasionem iterum Fasti Cuspiniani & Siculi. Cæterum vnde Atilius Serranus dictus sit docet Plinius libro 19. inquit: Ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri (ut fas

est credere) gaudere terra vomere laureato, & triumphali aratore, ferentem inuenerunt, dati honores Serrano. Unde cognomen: Ad Blasionem verò quod attinet: Cuspiniani sententiam reliqui ferè omnes sequuntur: At Coltzius putat eum ab isto qui prius consul fuit, diuersum esse, ideoque hunc Cn. filium L. Nepotè scribit, non addito II.

498

Q. Cædicius. L. Manlius.

Q Cædicius, L. Manlius consules edit deinceps Cædicius: Vulsonem & Cædicius Fasti Siculi. M. Regulum, L. Manlium Zonaras. M. Atilium Regulum, L. Manlium Vulsonem Eutropius, M. Atilium, L. Manlium Polybius. Horum consulum meminit Insensu lib. 4. Est autem intelligendum Q. Cædicius in magistratu mortuum, M. Atilium in eius locum subrogatum atque iterum factum esse, quod ex Capitolinis tabulis patet, in quibus est L. Manlius Vulso Longus, & in locum Q. Cædicij M. Atilius Regulus II. & ex libro Cuspiniani, apud quem est Longus & Regulus.

499

M. Æmylius Paulus. Ser. Fulvius Nobilior.

Seruium Fulvium, M. Aemilium, consules in hunc annum prodit Polybius. Nobiliorum & Paulum Fasti Cuspiniani: Patinum & Paulum Siculi. Seruium Fulvium nobiliorum. M. Aemilium Paulum Cædicius, & cum Fastis Capitolinis Eutropius.

500

Cn. Cornelius. A. Atilius.

CN. Cornelium, A. Atilium consules memorat in hunc annum Cædicius & Polybius. A. Atilium Calatinum II. Cn. Cornelium Scipionem Asinam II. scribunt Capitolini authores. De Cn. Cornelio Asina consule I. sic scribit Valerius libro 6. Cn. Cornelius Scipio Asina, qui consul à Pœnis apud Liporas captus fuit, cum belli iure omnia perdidisset, cuncta recuperavit, cõsul iterum creatus, ita ex consule captiuus, ex captiuo iterum consul factus.

501

Cn. Seruilius. C. Sempronius.

Consules suggerit Cædicius & Polybius, Cn. Seruilius, C. Sempronium Cæpionem, & Blæsum Fasti Siculi. Seruilius Cæpionem, & C. Sempronium Zonaras, Cn. Seruilius Cæpionem. C. Sempronium Blæsum, Eutropius & Orofius. Eorundem etiam meminit Solinus cap. 30. & lapis Capitolinus.

502

C. Aurelius Cottæ. P. Seruilius.

Consules subijcit Cædicius C. Aurelium Cottam, & P. Geminum. Cottam & Geminum Fasti Siculi, C. Aurelium Cottam, P. Seruilius Geminum Capitolini, P. Seruilius, C. Aurelium Zonaras. Cicero in Lucullo C. Cottam cum P. Seruilio Gemino bis consulem fuisse scribit. C. Cottæ consulis in Sicilia meminit etiam Frontinus lib. 4. de Stratagematis, & Orofius.

503

L. Cæcilius Metellus. C. Furius.

L Cæcilius Metellum, Cn. Furium consules Polybius suggerit. Metellum & Pacillum Fasti Siculi, Cæcilius Metellum, C. Furium Zonaras, L. Cæcilius, C. Furium Cædicius, L. Cæcilius Metellum, Cn. Furium Pacillum Eutropius, Orofius, & lapis Capitolinus. Hic est L. Metellus bis consul, & Pont. Max. de quo Plin. lib. 7. cap. 43.

504

C. Atilius Regulus. L. Manlius.

C Atilium, L. Manlium consules edit hoc anno Polybius. C. Atilium Regulum, L. Manlium Cædicius, C. Atilium Regulum, L. Manlium Vulsonem ambos iterum, Orofius & lapis Capitolinus, C. Atilium Reguli fratrem, & L. Manlium Zonaras. Regulum & Vulsonem Fasti Siculi.

505

P. Claudius. L. Iunius.

Consules subijcit P. Claudium, L. Iunium Cædicius & Polybius, L. Iunium Claudium Pulchrum

Zonaras, Claudium Pulchrum Florus, & Suetonius in Tiberio, Iunio Pullum Censorinus cognomina adijciunt, quæ eadem etiam sunt in Siculis & Capitolinis tabulis. Hunc P. Claudium Cicero de diuinatione & de natura deorum, App. Cæci filium, Plinius lib. 7. ca. 43. nepotem vocant, cum Cicerone stant Capitolini scriptores. Eorundem consulum meminit Valerius lib. 1. cap. 4.

P. Seruilius. C. Aurelius.

506

P Seruilius, C. Aurelium consules suggerit Cædicius. Hos bis consules fuisse scribit in Lucullo Cicero. Quod etiam ex Capitolinis & Siculis tabulis intelligitur. In quibus cognomina horum sunt Geminus II. & Cottæ II.

L. Cæcilius. M. Fabius.

507

L Cæcilius, M. Fabium consules in hunc annum edit Cædicius. Cæcilius Metellum & Numerium Fabium Zonaras, Metellum II. & Buteonem II. Fasti Cuspiniani & Siculi. L. Cæcilius Metellum II. N. Fabium Buteonem II. Capitolina. Metellum bis consulem fuisse tradit etiam Plinius lib. 7.

M. Fabius. M. Otacilius.

508

M Fabium, M. Otacilius consules suggerit Cædicius. Crassum & Licinium Fasti Siculi. Fabium Licinium & Otacilius Crassum, Gellius libro 10. cap. 6. M. Fabium Licinium, M. Otacilius Crassum Capitolini lapides. Meminit horum consulum præter Gellium loco præallegato, & ex Luitio Florus in Epitoma XIX. & Suetonius in Tiberio.

M. Fabius. C. Atilius.

509

M Fabium, C. Atilium consulem in hunc annum numerat Cædicius, Buteonem & Bulbum Siculæ tabule, M. Fabium Buteonem, C. Atilium Bulbum Capitolinæ. De Fabij consulis naufragio tradit Florus ex Luitij lib. 19.

A. Manlius. C. Sempronius.

510

Cædicius consules prodit A. Manlium, C. Sempronium, Torquatum & Blæsum Fasti Siculi, Atticum & Blæsum liber Cuspiniani. A. Manlium Torquatum Atticum, C. Sempronium Blæsum II. Capitolini.

C. Fundanius. C. Sulpitius.

511

C Fundanium, C. Sulpitium consules subdit Cædicius, Fundulum & Callum Siculi scriptores. C. Fundanium Fundulum, C. Sulpitium Gallum Capitolini, horum præterea meminit nemo.

C. Lutacius Carulus. A. Postumius.

512

Consules in hunc annum prodit Cædicius C. Lutacium, A. Postumium, Carulum & Albinum Fasti Siculi. C. Lutacium Catulum, A. Postumium Albinum Eutropius & Capitolini.

Q. Lutatius Cerco. A. Manlius.

513

Q Lutatium, A. Manlium consules in hunc annum edunt Cædicius, Eutropius, & Orofius, Cerconem & Torquatum Fasti Siculi, Q. Lutatium Cerconem, A. Manlium Torquatum, Atticum II. Capitolini. C. Lutatius Cerco legatus lib. 42. nominatur à Luitio.

C. Claudius Censor. M. Sempronius.

514

Hicannus cõsules habuit C. Claudium Censorum, M. Sempronium Tuditanum, Cædicius & Capitolinis tabulis authoribus, eorundem cognominum Fasti Siculi meminerunt. Achorum consulum præter Capitolinum scriptorem meminerunt etiam Cicero in Cato ne, & in Bruto, ubi hunc annum ex Attici sententia vocat DXXXI. Urbis conditæ cum Varrone. Et in Tulculanæ prima. Gellius lib. 17. cap. 21. & Cædicius.

C. Mamilius. Q. Valerius.

515

Consules deinceps secuti sunt, teste Cædicius C. Mamilius.

Mamilius, Q. Valerius Turrinus & Falco Siculis tabulis, C. Mamilius Turrinus, Q. Valerius Falco Capitolinis tabulis. Horum consulum præter Verrium Flaccum & Casiodorum meminit Gellius lib. 17. cap. 21. Cicero in Bruto & Tusculanis quaestionibus, quo anno Ennium Pœtam natum fuisse tradunt.

516 *T. Sempronius. P. Valerius.*

Consules in insequentem annum sunt apud Casiodorum Titus Sempronius, P. Valerius Gracchus, & Falco in Fastis Cuspinianis & Siculis, Sempronius Gracchum & P. Valerium prodit Zonaras. T. Sempronium Gracchum, P. Valerium Falconem scriptores Capitolini. Meminit horum consulum Orofius.

517 *L. Cornelius. Q. Fulvius.*

Deinceps L. Cornelium, Q. Fulvium consules profertur Casiodorus, L. Lentulum, Q. Flaccum Zonaras, L. Cornelium Lentulum, Q. Fulvium Flaccum Eutropius, Capitolini scriptores Lentulo Caudenum cognomen adijciunt. Itaque in Fastis Cuspiniani est Caudinus & Flaccus, hi consules in Fastis Siculis prætereuntur.

518 *C. Licinius. P. Cornelius.*

Casiodorus consules subijcit, C. Licinium, P. Cornelium, Zonaras P. Lentulum, Licinium Varum. Capitolini scriptores C. Licinium Varum, P. Cornelium, Lentulum Caudinum. Itemque Censorinus, qui hunc annum ab V. C. numerat DXXVII. Varronianam, Ciceronianam & Plinianam secutus summa Caudinam & Varum Fasti Cuspiniani cum Siculis.

519 *T. Manlius Torquatus. C. Atilius.*

Consules hic annus habuit auctore Casiodoro, T. Manlium Torquatum, C. Atilium. Torquatum & Bulbum Fastis Siculis. Eutropio verò & Orofio, & Capitolinis tabulis, T. Manlium Torquatum, C. Atilium Bulbum, Bulbo II. adijciunt Capitolinæ. T. Manlio Torquato, C. Atilio Bulbo I. vt Verrius Flaccus, Eutropius, Orofius & Casiodorus scribunt, pace toto imperio parta, templum Iani iterum clausum fuisse docent Plutarchus in Numa, Livijs, Velleijs, Eutropius & Orofius.

520 *L. Postumius. Sp. Caruilus.*

Consules nominat in hunc annum Casiodorus, L. Postumium, Sp. Caruilium, Albinum & Rugam Fasti Siculi, Postumium Albinum, Sp. Caruilium, Zonaras. I. Postumium Albinum, Sp. Caruilium Maximum, Capitolini scriptores. Rugam autem esse Caruilij cognomē ex Gellio apparet, qui Sp. Caruilij Ruge meminit, qui hoc tempore primus diuortium cum vxore fecit.

521 *Q. Fabius. M. Caruilus.*

Q. Fabium, M. Pomponium, consules suggerit Casiodorus. Maximum & Mathonem Fasti Siculi. Q. Fabium Maximum Verrucosum, M. Pomponium Mathonem Capitolini. Q. Fabium Maximum, Manium Pomponium, Zonaras. Maximi cognomen Fabius ab auctore accepit, non ipse primus inuenit, contra quem scribit Polybius lib. 3. Verrucosus à Verruca in labris dictus, Plutarchus auctor, & qui scripsit de viris illustribus.

522 *M. Lepidus. M. Poplicius.*

M. Lepidum, M. Poplicium, consules in hunc annum suggerit Casiodorus. Lepidum & Malleolum Fasti Siculi. M. Malleolum & M. Æmylium Zonaras, M. Æmylium Lepidum, M. Poplicium Malleolum tabulæ Capitolinæ.

523 *C. Papirius. M. Pomponius.*

Insequentem annum consules habuit C. Papirius, M. Pomponium, auctore Casiodoro & Zonara, & Dionysio libro 2. Masonem & Mathonem, Fastis Siculis, C. Papirium Masonem, M. Pomponium Mathonem Capitolinis. De C. Papirio, C. F. Masone pœtice Livijs in anno DXL.

M. Æmylius. M. Iunius. 524

M. Æmylium, M. Iunium, consules suggerit Casiodorus & Zonaras. Barbulam & Peram Fasti Siculi. M. Æmylium Barbulam, M. Iunium Peram, Capitolini.

L. Postumius. Cn. Fulvius. 525

L. Postumium, Cn. Fulvium consules subijcit Casiodorus. Albinum & Centumalum Fasti Siculi. L. Postumium Albinum, Cn. Fulvium Centumalum, cum Eutropio Capitolini. Polybius Cn. Fulvium A. Postumium nominat.

Q. Fabius II. Sp. Caruilus. 526

Casiodorus consules suggerit, Q. Fabium Max. II. & Sp. Caruilium Maximum, & Rugam, Fasti Siculi. Adijciunt etiam iterati honoris notam Caruilio Maximo Capitolini scriptores Meminit horum consulum Cicero in Catone, & de inuentione libro 2. Valerius capite de pietate erga parentes.

P. Valerius. M. Atilius. 527

P. Valerium, M. Atilium, consules in hunc annum prodit Casiodorus. Flaccum & Regulum Fasti Siculi. P. Valerium Flaccum, M. Atilium Regulum, Capitolini. Eorum meminit Gellius lib. 4. cap. 3.

L. Apustius. M. Valerius. 528

L. Apustium, M. Valerium, consules subdit Casiodorus, Maximum & Apustium Siculæ tabulæ. L. Apustium Fullonem, M. Valerium Messalam, Capitolinæ.

C. Atilius. M. Aimilius. 529

Deinceps secuti sunt consules, C. Atilium, L. Aimilius, auctore Casiodoro & Polybio. Quos C. Atilium Regulum, L. Aimilius Papum vocant Capitolini scriptores. Regulum & Papum Fasti Siculi. Regulum & Aimilius Zonaras. Horum etiam consulum meminit Orofius, & Plinius lib. 3. cap. 20. vbi Paulus pro Papo mendose legitur.

T. Manlius. Q. Fulvius II. 530

Consules insequentem annum habuit T. Manlium, Q. Fulvium II. auctore Casiodoro & Polybio. T. Manlium Torquatum, Q. Fulvium Flaccum, Orofio Cuspiniani tabulæ cum Capitolinis, Torquatum II. & Flaccum II. horum consulum cognomina edunt.

C. Flaminius. P. Furium Philus. 531

Casiodorus consules suggerit, C. Flaminius, P. Furium, itemque Polybius. Flaminius & Furium Zonaras, & Plutarchus in Marcello. Flaminius & Philus, Siculæ tabulæ, C. Flaminius, & P. Furium Philus, Capitolinæ.

M. Marcellus. Cn. Cornelius. 532

Deinceps consules nominat Casiodorus M. Marcellum, Cn. Cornelium. Polybius M. Claudium, Cn. Cornelium. Fasti Siculi Scipionem & Marcellum. Claudium Marcellum & Cn. Scipionem Zonaras. Eutropius M. Claudium Marcellum, Cn. Cornelium Scipionem. Capitolinæ tabulæ M. Claudium Marcellum, Cn. Cornelium Scipionem Caluum. Hic est Marcellus, qui post quinque consul fuit. Scipio, qui postea in Hispania ab Asdrubale Pœno occisus est cum fratre P. Scipione.

P. Cornelius. M. Minutius. 533

Casiodorus in hunc annum prodit consules, P. Cornelium, M. Minutium, & Zonaras. Scipionem & Rufum Fasti Siculi, Eutropius P. Cornelium, M. Minutium Rufum. Liber Cuspiniani Asinam & Rufum. Sigonius cum Ontophrio existimat P. Cornelium Scipionem Asinam eius filium esse, qui bis consul bello Punico primo fuit. Sanè Livijs in anno DXLIII. P. Cornelij Asinæ consularis senatoris meminit.

L. Per-

534 *L. Veturius. C. Lutatius.*
Lucium Veturium, C. Lutatium consules edit in hunc annum Calsiodorus & Zonaras, Philonem & Catulum Fasti Siculi. Liber Cuspiniani Philonem & Scatolam.

535 *M. Livius. L. Aemilius.*
Consules subsecuti sunt, M. Livius, L. Aemilius, Calsiodoro teste. Liber Cuspiniani & Fasti Graeci Salinatorem & Paulum edunt. Zonaras, M. Livium & M. Aemilium Paulum. Horum consulum meminit Plinius libro 29. cap. 1.

536 *P. Cornelius Scipio. T. Sempronius Longus.*
Consules subijcit Calsiodorus & Polybius P. Cornelium, T. Sempronium. Zonaras Sempronium Longum & P. Scipionem. Longum & Scipionem Fasti Siculi. P. Cornelium Scipionem, T. Sempronium Longum, Livius, Eutropius, Probus, Orofius, Prædianus. Hisce consilibus bellum Punicum secundum excitatum fuisse auctores prodiderunt.

537 *Cn. Servilius Geminus. C. Flaminius.*
Consules inde subsecuti Cn. Servilius cum C. Flamini, ut auctor est Polybius. Calsiodorus & Livius, qui duo cum Fastis Siculis Servilio cognomen Geminum adiecerunt, C. Flaminius 11. consul eadem, qua ante superbia usus, magistratum Idibus Martijs non Romæ, sed Arimini inijt. Idem neglectis auspicijs cum se Hannibali in Italiam venienti ad lacum Thrasymenum obieceret, collatis signis exercitu amisso occisus est. In cuius locum M. Atilius Regulus, qui antea consul fuerat, surrogatus est. Ex Livio & Polybio.

538 *C. Terentius Varro. L. Aemilius Paulus.*
Deinceps consules suggerit Polybius L. Aemilium, C. Terentium. Paulum & Varronem Fasti Siculi. Plutarchus in Paulo, Terentium Varronem, Aemilium Paulum, Livius, Calsiodorus. alij C. Terentium Varronem, L. Aemilium Paulum. Goltzius annotat C. Terentij Varronis patrem fuisse Aulum, ab alijs præteritum.

539 *L. Postumius Albinus III. T. Sempronius M. Claudius Marcellus. Gracchus. Q. Fabius Maximus III.*

Livius consules in hunc annum designatos fuisse M. Junio dictatore comitia habente, L. Postumium Albinum 111. qui tum provinciã Galliam obtinebat, & T. Sempronium Gracchum, qui magister equitum erat, Postumiumque antequam iniret, in Gallia Hannibalis insidijs circumventum occisum tradit, in cuius locum M. Marcellus 111. subrogatus est, qui cum eum augures vitio creatum pronunciaissent, abdicavit, vulgoque patres ita ferebant, quod tum primum duo plebeij consules facti essent, id Deis cordi non esse, in locum Marcelli subsecutus Quintius Fabius Max. 111. ita Livius & Plutarchus scribunt. Atque ob hanc causam Calsiodorus, Orofius, Eutropius, T. Sempronium & Q. Fabium consules in hunc annum edunt.

540 *Q. Fabius IIII. M. Claudius Marcellus IIII.*
Livius, Plutarchus, & Calsiodorus, consules hoc anno suggerunt Q. Fabium Maximum 1111. & M. Claudium Marcellum 1111. Horum consulum præterea Cicero sæpè, & Frontinus 2. Stratagematum meminerunt.

541 *Q. Fabius Maximus Verrucosus F. T. Sempronius Gracchus II.*

In hunc annum creati consules ambo absentes Q. Fabius Maximus, Verrucosi filius, & T. Sempronius Gracchus iterum, Livius auctor & cum Fastis Siculis Calsiodorus. Fabius priore anno prætor fuerat, Gracchus biennio antè consul. Hos consules A. Gellius ex Quadrigario lib. 2. cap. 2. Cicero & Valerius memorant.

App. Claudius Pulcher. Q. Fulvius Flaccus IIII. 542
Consules in hunc annum à Dictatore creati Q. Fulvius Flaccus 1111, qui tum erat magister equitum, & Appius Claudius Pulcher, cui in prætura Sicilia provincia obtenerat, teste Livio, Plutarcho, in Fabio, Calsiodoro, & Festo lib. 17.

P. Sulpitius Galba. Cn. Fulvius Centumalus. 543
Literis acceptis inter se consules cõpararunt, ut Claudius comitia perficeret, Fulvius ad Captivam maneret. Consules Claudius creavit Cn. Fulvium Centumalum, & P. Sulpitium Ser. F. Galbam, qui nullum antea Curulem magistratum gessisset. Hæc Livius. Eisdem consules quoque edit Calsiodorus, Orofius, & Festus lib. 17. Galbam & Centumalum Siculi profitentur, Servius Sulpitius Ser. F. P. N. Galba Maximus appellatur in secundo eius consularu Capitolino.

M. Val. Lævinus II. M. Claudius Marcellus IIII. 544
Livius, Sextus Pompeius, Valerius Maximus, Plutarchus, Florus, Eutropius, & Orofius, M. Claudium Marcellum, & M. Valerium Lævinum, consules in hunc annum proficere. Est autem Marcellus 1111. ut Plutarchus & Livius tradunt, Calsiodorus vocat 1111. & M. Valerium Lævinum omisso consularu, quem vitio creatus non gessit, qui vnus ex quinque est, quos ipse gessisse fertur. Livius lib. 29. & 30. M. Valerium Lævinum bis fuisse consulem scribit. Itemque hoc anno liber Cuspiniani Marcellum 1111. & Lævinum 11. edit, quare Onuphrius suspicatur eum primum consulem fuisse anno DCCCXXXII. nunc 1111. Livius autem Polybius & Cicero meminerunt.

Q. Fabius Maximus V. Q. Fulvius Flaccus IIII. 545
Consules in hunc annum creati Q. Fabius v. Q. Fulvius Flaccus 1111. idem qui dictator comitia habebat. Livio auctore & Calsiodoro. Fabium & Flaccum edunt quoque Fasti Siculi. His consilibus Cicero contra Rullum Captivam receptam scribit, quod biennio antè factum prodidit Livius. Horum consulum præterea meminerunt Valerius, Plutarchus, Eutropius, Orofiusque.

M. Claudius Marcellus V. T. Quintius Crispinus. 546
Vndecimo anno belli Punic consularu inierunt M. Marcellus v. (ut numeretur consularu, quem vitio creatus non gessit) & T. Quintius Crispinus. Ita Livius, Plutarchus quoque Marcellum v. & Crispinum, Calsiodorus vero Marcellum 1111. & Crispinum edit præterito vitioso consularu. Hos præterea consules memorant Cicero, Valerius, Plinius junior, Probus, Eutropius, & Orofius, à quibus etiam proditur ambos ex insidijs ab Hannibale circumventos, ita ut Marcellus statim occisus sit, Quintius satius fugerit.

C. Claudius Nero. M. Livius Salinator II. 547
Cum circumspicerent patres, quos nam consules facerent, longè antè alios eminebat C. Claudius Nero, ei collega datus est M. Livius, multis antè annis ex consularu populi iudicio damnatus, ac octavo ferme anno post damnationem à M. Marcello, & M. Lævino consilibus in urbem reductus. Neronem item cum Salinatore Fasti Siculi suggerunt, C. Claudium Neronem cum M. Livio Salinatore 11. Capitolini.

Q. Cæcilius Metellus. L. Veturius Philo. 548
Lucium Veturium Philonem, Q. Cæcilium Metellum, consules suggerit in hunc annum Livius, Calsiodorus cum Capitolinis Fastis. Metellum & Philonem Siculi. De quibus præterea sæpè Cicero, Valerius, Plutarchus in Africano, Appianus in Iberico, Plinius libro 7. cap. 43. mentionem faciunt.

P. Cornelius Scipio. P. Licinius Crassus. 549
Comitia creandis consilibus habuit L. Veturius Philo, centuriisque omnes ingenti favore P. Scipionem

nem consulem dixerunt, collega additur ei P. Licinius Crassus, Pōtifex Maximus. Hæc Liviū, Scipionem cum Crasso Siculæ tabulæ, P. Cornelium Scipionem, qui postea Africanus appellatus est, cum P. Licinio Crasso diuiter, Capitolinæ edunt. De quibus item Cæsiodorus & Cicero in Bruto.

550 *M. Cornelius Cethegus. P. Sempronius Tuditanus.*

Pvblum Sempronium Tuditanum, M. Cornelium Cethegum, consules in hunc annum produnt, Liviū, Cæsiodorus, & Fasti Capitolini. Cethegus & Tuditanum Siculi, quorū Cicero in Bruto, Plutarchus, Eutropius, & Cæsiodorus sæpè mentionem faciunt. Hoc anno P. Scipio Nasica vir optimus è Senatu iudicatus matrem Idæam suscipit.

551 *Cn. Seruilius Cæpio. C. Seruilius.*

Liviū & Cæsiodorus vnà cum Fastis Siculis & Capitolinis consules suggerunt, Cn. Seruiliū Cæpionem, C. Seruiliū, quorum Cæpio prætor fuerat anno DCLVII. Seruilius anno DCLVII. Hoc anno Q. Fabius Maximus obiit, & Annibal ex Italia mœstus ac dolens in Africam legatorum iussu discessit, anno belli Punicisecundi X VII.

552 *Tib. Claudius Nero. M. Seruilius Geminus.*

Marcum Seruiliū Geminum, Tib. Claudium Neronem, consules in hunc annum produnt Liviū, Cæsiodorus, & Fasti Capitolini, in quibus Seruilius Pulex Geminus nominatur. Neronem cum Seruilio Siculi. Hic cōsulis Hannibale in Africa à Scipione victo, iterum pax cum Pœnis facta est, vt Polybius, Liviū, Plutarchus, Appianus, & Eutropius tradunt.

553 *Cn. Cornelius Lentulus. P. Aelius Pætus.*

In hunc annum creati consules C. Cornelius Lentulus, P. Aelius Pætus, autor Liviū, Cæsiodorus, & Plinius li. 18. cap. 18. in fragmento Capitolino est Lentulus, & P. Aelius, in Fastis Siculis Lentulus & Pætus. Hi ambo prætores fuerunt anno DL.

554 *P. Sulpitius Galba. C. Aurelius Cotta.*

Pvblum Sulpitium Galbam, C. Aureliū Cottam, consules suggerunt Liviū & Cæsiodorus. P. Sulpitius anno DCLII. primum consuluit, C. Cotta biennio antè prætor. Iidem consules sunt in Capitolinis tabulis, Galba & Cotta in Siculis.

555 *L. Cornelius Lentulus. P. Villius Tappulus.*

Hic annus cōsules habuit L. Cornelium, P. Villium, authore Cæsiodoro, Liviū autè & Capitolinis Lentulum & Tappulum: Siculis L. Cornelium Lentulum, P. Villium Tappulum: P. Villij consulis meminit etiam Plutarchus in Quintio.

556 *T. Quintius Flaminius. Sext. Aelius Pætus.*

Tquintium Flaminiū, Sext. Aeliū Pætum, consules suggerūt Liviū, Cæsiodorus, & Capitolinæ, vnà cum Plutarcho in Quintio. Flaminiū & Pætum Siculæ tabulæ. Plinius de viris illustribus hunc Flaminiū non sine errore C. Flaminiij, qui ad Trasimenum interfectus est, filium tradidit, cum tamen hic è gente Quinctia patritia fuerit, ille è Flaminia plebeia: Sextus vero Aelius Pætus est is, de quo Cicero egregiè cordatus homo, Carus Aelius Sextus ex Ennio. Itaque in tabulis Capitolinis Pætus Carus vocatur.

557 *C. Cornelius Cethegus. Q. Minutius Rufus.*

Hoc anno C. Cornelius Cethegus, Q. Minutius, fuerunt consules, author Liviū, Cæsiodorus, cap. Tabul. Eorum cognomina Cethegus & Rufus sunt in Siculis: & meminit Cicero in Bruto.

558 *L. Furius Purpureo. M. Claudius Marcellus.*

Hic annus consules habuit L. Furiū Purpureonem, M. Claudium Marcellum, Liviū, Cæsiodorus. Capitolinæ tabulæ Porphyreonem, & Marcellum edunt Siculæ.

M. Porcius Cato. L. Valerius Flaccus.

Marcus Porcius Cato, & L. Valerius Flaccus consules hoc anno digerūt à Verrio Flacco, Cicerone multis in locis, Liviū, Plutarcho, Plinio, Valerio, Probo, Eutropio, Orofio, & Cæsiodoro.

P. Cornelius Scipio Africanus II. T. Sempronius Longus.

Pvblum Cornelium Scipionem Africanum II. T. Sempronium Longum, consules in hunc annum comparant Liviū & Cæsiodorus, cum Siculis & cum Capitolinis tabulis. Horum etiam meminit Cicero pro Cornelio Perduellionis reo apud Pædianum.

L. Cornelius Merula. Q. Minutius Thermus.

Liviū, Cæsiodorus, & Capitolini authores, consules in hunc annum surrogatos scribunt L. Cornelium Merulam, & Quintum Minutium Thermum. Eadem cognomina in Fastis Siculis inveniuntur. Meminit horum Probus in Hannibale. Frontinus in libro Stratagematum.

L. Quintius Flaminius. Cn. Domitius Aenobarbus.

Lquintius Flaminiū, Cn. Domitium Aenobarbum, hoc anno consules fuerunt, author Liviū, Cæsiodorus, Capitolinæ tabulæ, quorum cognomina quoque suggerunt Siculæ.

M. Acilius Glabrio. P. Cornelius Scipio Nasica.

In hunc annum consules creati, P. Cornelius Scipio Nasica, Cn. F. M. Acilius Glabrio, authore Liviū, Cæsiodoro, Capitolinis Fastis, Plutarcho in Quintio, Appiano in Syriaca historia. Glabrio & Nasica Siculis: Quibus consulis bellum Antiocho Syriæ regi & Aetolis indictum fuisse authores ijdem sunt, quod Antiochum in tabulis Capitolinis, à Paterculo & Macrobio, Syriacum vero à Floro, Plinio Iuniore in Catone, appellatur. Hunc annum ab vrbe condita fuisse DLXII. refert primo Saturnalium Macrobius.

L. Cornelius Scipio. C. Lælius.

L Cornelium Scipionem, C. Lælium, coll. subiiciunt in hunc annum Cæsiodorus, Liviū, & tabulæ Capitolinæ Scipionem & Lælium Siculæ. Eosdem Gellius lib. 6. cap. 4. C. Lælium C. F. L. Scipionem P. F. vocat, Lælio cognomen Africani adijcit solus Cæsiodorus. Hic L. Scipio Asiaticus frater Africani fuit.

C. Manlius Vulso. M. Fulvius Nobilior.

CN. Manlius Vulso, M. Fulvius Nobilior, in hunc annum consules nominantur à Liviū, Cæsiodoro, & Capitolinis Siculisque tabulis, quorum Manlius Prætor fuit anno DLVII. Fulvius anno DLX.

C. Liviū Salinator. M. Valerius Messala.

Deinceps consules insecuti M. Valerius Messala, C. Liviū Salinator, author Liviū, Cæsiodorus, & cū Siculis tabulis Capitolinæ.

M. Aemilius Lepidus. C. Flaminius.

Consules inde M. Aemilius Lepidus, C. Flaminius, restes sunt Liviū, Cæsiodorus, Zonaras, Strabon lib. 5. Siculæ & Capitolinæ tabulæ. Horum meminit Valerius libro 6. Et hic est M. Lepidus Pontifex Maximus bis consul, censor, princeps, Senatus sextus censoribus lectis, C. verò Flaminius Senatu à Catone censore postea mortus.

Sp. Po.

568 *Sp. Posthumius Albinus. Q. Martius Philippus.*

SP. Posthumium Albinum, Q. Martium Philippum, cōsules in hunc annum prodiit Liviū, Cāsiodorus, Eutropius, & tabulæ Capitolinæ. Albinū & Philippum Siculæ. Horum meminit Valerius libro 6. cap. 3. Plinius libro 33. cap. 10.

569 *App. Claudius Pulcher. M. Sempronius Tuditanus.*

HE annus cōsules habuit App. Claudiū Pulchrū, M. Sempronium Tuditanum: author Liviū, Cāsiodorus, & tabulæ Capitolinæ, Pulcher & Tuditanus in Fastis Siculis, &c.

570 *P. Claudius Pulcher. L. Porcius Licinus.*

P. Vblius Claudius Pulcher, L. Porcius Licinus cōsules secuti sunt in hunc annum, testes Liviū, Cāsiodorus, Capitolinæ tabulæ. Pulcher & Licinus est in tabulis Siculis.

571 *Q. Fabius Labeo. M. Claudius Marcellus.*

IN hunc annū creati cōsules M. Claudius Marcellus, Q. Fabius Labeo, ex Liviū, Cāsiodoro, lapidibus Capitolinis, cognomina quoque eorum in Siculis tabulis reperitur. Hisce cōsulibus, referente Probo in Annibale, Articus mortuum Annibalem esse tradidit.

572 *L. Æmilius Paulus. Cn. Bæbius Tamphilus.*

CN. Bæbius Tamphilus, L. Æmilius Paulus, in hunc annum cōsules creati fuerunt, author Liviū, Cāsiodorus, Capitolinæ tabulæ, & si cognominum tantum rationem habens etiam Siculæ. L. Æmilius, L. Æmilij, qui ad Cannas perijt, est filius, teste Plutarcho & Velleio.

573 *P. Cornelius Cethegus. M. Bæbius Tamphilus.*

P. Cornelius Cethegus, M. Bæbius Tamphilus, cōsules hoc anno subsequuntur apud Liviū, Cāsiodorum, & tabulas Capitolinas. Cethegus & Tamphilus apud Siculas. P. Cornelij, M. Bæbij cōsulium meminit Plutarchus in Numa. P. Cornelij, M. Bæbij Tamphili Valerius libro primo capite primo, P. Cornelij Lentuli, M. Bæbij Tamphili lib. 11. cap. 1. Plinius autem libro 13. cap. 13. P. Cornelium, L. F. Cethegū, M. Bæbium, Q. F. Tamphilum vocat.

574 *A. Posthumius Albinus. C. Calpurnius Piso.*

A. Posthumium Albinum, C. Calpurnium Pisonem, cōsules suggerunt in hunc annum Liviū, Cāsiodorus, & Capitolinæ tabulæ. Albinum & Pisonem Siculæ. Piso prætor fuit anno DLXVII. Alcinius anno DLXVIII. Cum autem pestilentia tertium iam annum urbem Romanam atque Italiam vastaret, C. Calpurnio extincto, nō sine suspitione quod à Quarta Hostilia necatus esset, in eius locum declaratus est Q. Fulvius Flaccus, virtricus eius.

575 *L. Manlius Acidinus. Q. Fulvius Flaccus.*

L. Manlium Acidinum, Q. Fulvium Flaccum, cōsules edunt in hunc annum Liviū, Cāsiodorus, tabulæ Capitolinæ, Acidinum cum Flacco Siculæ. Acidini cōsulis meminit Cicero 2. de Oratore. Et fratres Germanos fuisse hos cōsules notatum est in tabulis Capitolinis, & id memoria prodidit Velleius libro 2. Atque propterea factum est, ut L. Manlius Acidinus Fulvianus ex adoptiuorum ratione in Tabulis Capitolinis nominetur.

576 *M. Iunius Brutus. A. Manlius Vulsus.*

D. Einiceps M. Iunius Brutus, A. Manlius Vulsus, cōsules creati sunt, authore Liviū, Cāsiodoro, & Capitolinis tabulis, Brutus & Vulsus Siculis. Brutus anno DLXII. prætor fuit, Vulsus DLXXI.

C. Claudius Pulcher.

T. Sempronius Gracchus.

577

C. Aius Claudius Pulcher, T. Sempronius Gracchus, cōsules in hunc annum cōparantur à Verrio Flacco, Liviū, & Cāsiodoro. De Tiberio Graccho Cicero 1. de diuinatione, & Frontinus primo Stratagematum, mentionem fecere.

Cornelius Scipio Hispalus. Q. Petilius Spurinus.

578

CN. Cornelium Scipionem Hispalam, Q. Petilium Spurinum, cōsules prodidit Liviū, Cāsiodorus, & tabulæ Capitolinæ, Scipionem & Petilium Siculæ. Ceterum cum Scipio ex monte Albano rediens concidisset, & parte membrorum captus, ad aquas Cumanas profectus, morbo ingrauescente Cumis decessisset, Q. Petilius cōsul collegam, qui extemplo magistratum occiperet, creauit C. Valerium Læuinum, ita Liviū.

P. Mutius Scauola. M. Æmilius Lepidus II.

579

Cōsules suggerunt Orosius Lepidum & Mutium, Cāsiodorus & Obsequens, M. Lepidum, P. Mutium. Siculæ tabulæ Lepidum & Scauolam. Capitolinæ, P. Mutium Scauolam, M. Æmilium Lepidum II. Cōsularia huius anni comitia apud Liviū, intercederunt. Marcum Æmilium Lepidum hunc bis cōsulem fuisse scribit etiam Cicero de provincijs, & Valerius lib. 6. cap. 6.

Sp. Posthumius Albinus. Q. Mutius Scauola.

580

Cōsules subijcit Cāsiodorus, Sp. Posthumium, Q. Mutium, Capitolinæ tabulæ, Sp. Posthumium Albinum Paulum, Q. Mutium Scauolam. Paulum & Scauolam liber Cuspiniani. Horum meminit Plinius lib. 2. cap. 31. Comitia huius anni cōsularia apud Liviū excederunt, &c.

L. Posthumius Albinus. M. Popilius Lenas.

581

IN hunc annum creati cōsules L. Posthumius Albinus, M. Popilius Lenas, author Liviū, Cāsiodorus, tabulæ Capitolinæ, Albinus & Lenas in Siculis suggeruntur. His cōsulibus, Floralia instituta esse docet Ouid. 5. Fast.

C. Popilius Lenas. P. Ælius Ligur.

582

C. Popilium Lenatem, P. Ælium Ligurtem, cōsules hic annus habuit, Liviū, Cāsiodoro, & Capitolinis tabulis testibus. Lenatem & Ælium Siculis. Hucusque Plebeij cōsules in eundem annum nulli sunt comparati. Hoc etiam anno primum ex plebe ambo cōsules facti sunt, quemadmodum notatum est in tabulis Capitolinis. Itaque posthac patricij cōsules ambo nunquam erunt, plebeij ambo sapè, plebeius & Patricius sapissimè.

P. Licinius Crassus. C. Cassius Longinus.

583

Cōsules in hunc annum subsequati P. Licinius Crassus, C. Cassius Longinus, ut est apud Liviū, Cāsiodorum, Orosium, & in tabulis Capitolinis. Natum in Siculis tantum est Crassus & Longus. Eorundem meminit Plinius lib. 7. Gellius lib. 9. cap. 4. Hisce cōsulibus bellum à populo Romano cū Perseo Macedonum rege Philippi filio susceptum est, quod Florus & Eutropius cum Orosio Macedonicum secundum vocant, de quo plura Liviū & Plutarchus scribunt.

C. Hostilius Mancinus. A. Atilius Serranus.

584

Cōsules subijcit Cāsiodorus C. Hostilium Mancinum, C. Atilium. Siculæ tabulæ Mancinum, & Serranum, Capitolinæ A. Hostilium Mancinū, A. Atilium Serranum. Horum comitia cōsularia & res gesta exciderunt in Liviū annalibus.

585 *Q. Martius Philippus II. Cn. Servilius Cæpio.*

Q Martium Philippum iterum, Cn. Servilium Cæpionem, consules in hunc annum comparant Livi-
nius, Cæsius, & tabulæ Capitolinæ, Philippum &
Cæpionem Siculæ. Cicero in Bruto & Catone hæc con-
sulis, Ennium mortuum fuisse scribit.

586 *L. Æmilius Paulus II. C. Licinius Crassus.*

Consules subsecuti L. Æmilius Paulus iterum, septi-
mo decimo anno, postquam primum cõsul fuerat,
C. Licinius Crassus, author Livi-
us, Cæsius, & tabulæ Capitolinæ, Paulus item est & Crassus in Siculis. De se-
cundo consulatu L. Pauli, Plutarchus, Velleius, Orofius,
Eutropius, Florus, Iustinus libro 33. Plutarchus adijcit,
Paulum sexaginta annos natum cõsulem iterum esse
factum.

587 *Q. Ælius Pætus. M. Iunius.*

Livi-
us cõsules subdit, Q. Ælium, M. Iunium. Facti
Siculi Pætum & Pennum. Obsequens & Cæsius
Q. Ælium Pætum, M. Iunium Pennum. Cicero item
in Bruto M. Iunij Penni, qui cum Q. Ælio cõsul fuit,
meminit. Et post hæc tempora nobis deest Lituiana hi-
storia.

588 *M. Marcellus. C. Sulpicius.*

Consules in hunc annum prodit Livi-
us cum Capito-
linis tabulis, M. Claudium Marcellum, C. Sulpi-
tium Gallum. Obsequens & titulus Andriæ Teren-
tianæ M. Marcellum, C. Sulpitium. Hic est Marcellus,
qui postquam ter cõsul fuit, in mari perijt, nepos
M. Marcelli quinquies cõsul, ut tradit Pædianus. De
hæc cõsulibus Iustinus, Plinius libro 2. & plerique alij
meminere.

589 *Cn. Octavius. T. Manlius.*

Consules subdit Cæsius & Obsequens, Cn. Octa-
vium & T. Manlium. Siculæ tabulæ Octavium &
Torquatium, Capitolinæ Cn. Octavium, T. Manlium
Torquatium. Eorundem cõsulum mentio est in titulo
Hecyre Terentianæ. Titi Torquati, qui cum Cn. Octa-
vio cõsul fuit, meminit Cicero de finibus primo, itidem
alijs compluribus locis.

590 *A. Manlius. Q. Cæsius.*

Cæsius cõsules comparat in hunc annum, A.
Manlium, Q. Cæsium. Facti Siculi, Torquatium &
Longinum, Capitolini A. Manlium Torquatium, Q.
Cæsium Longinum, qui in magistratu mortuus est. Hi
in prætura etiam collegæ fuerunt, anno DLXXXVI. teste
Livi-
o.

591 *T. Sempronius. M. Iuuentius.*

T Sempronius, M. Iuuentius, cõsules in hunc annũ
sunt Cæsius. Apud Obsequentem Tiberius
Gracchus, M. Iuuentius, in tabulis Capitolinis, T. Sem-
pronius Gracchus II. M. Iuuentius Thalia. In Fastis Si-
culis Dolabella cum Thalia, an rectè, dubitatur. De Ti-
berio Graccho II. cõsule, Cicero, Valerius & Plutarchus
meminerunt. M. verò Iuuentium in magistratu mortuũ
fuisse, scribunt Plinius lib. 7. & Valerius.

592 *P. Cornelius Scipio Nasica. C. Martius.*

Cicero primo secũdoque de natura deorum, Verrius
Flaccus, Obsequens & Cæsius P. Cornelium
Scipionem Nasicam, & C. Martium Figulum memo-
rant. Qui cum vitio creati abdicassent, isdem, Valerius,
Plutarcho & Plinio authoribus, in eorum locum facti
sunt, P. Cornelius Lentulus, Cn. Domitius Ænobarbus.

593 *M. Messala. C. Fannius.*

Messalam, C. Fannium, cõsules suggerit Cæsi-
us. Messalam & Strabonem Siculæ tabulæ.

M. Valerium Messalam, C. Fannium Strabonem Capi-
tolinæ, & titulus Phormionis Terentiani. Horum cõ-
sulum meminit Suetonius de claris Rhetoribus. Cicero
in Bruto, Plinius lib. 10. cap. 50. Gellius libro 2.

L. Anicius. M. Cornelius Cethegus. 594

LAnicium, M. Cornelium, cõsules subijcit Cæsi-
us, & titulus Adelphorum Terentianorum. Si-
culæ & Capitolinæ tabulæ cognomina ijs adijciunt Gal-
lum & Cethegum. Anicij cõsulibus meminit Cicero in
Bruto. Cethegi Epitoma XLVI. His cõsulibus L. Pau-
lum, qui Persem vicerat, mortuum constat.

Cn. Cornelius Dolabella. M. Fulvius. 595

Insequens annus cõsules habuit teste Cæsius, Cn.
Cornelium Dolabellam, M. Fulvium. Siculis Fastis
Dolabellam & Fulvium. Capitolinis C. Cornelium Do-
labellam. M. Fulvium Nobiliorem. Idem est in vita Te-
rentij, quibus cõsulibus mortuum Terentium scri-
ptum est.

M. Æmilius. C. Popillius. 596

Deinceps cõsules, M. Æmilius, C. Popillius, ut ait
Cæsius, Lepidum & Lænatem edunt Siculæ
tabulæ. M. Æmilium Lepidum & C. Popilium Lænate-
m II. Capitolinæ. Eorundem meminit Cæsius capite de
distinctionibus ætatum.

Sextus Iulius. L. Aurelius. 597

Sextum Iulium, L. Aurelium, cõsules prodit dein-
ceps Cæsius, hic cognomina addunt Iulio Cæ-
sarem, Aurelio Orestem Siculæ & Capitolinæ tabulæ.
De his meminit Plinius libro 33.

L. Lentulus. C. Martius. 598

Lentulum, C. Martium, cõsules memorant in
hunc annum Cæsius & Obsequens, Lentu-
lum & Figulum Siculæ tabulæ. L. Cornelium Lentu-
lum Lupum, C. Martium Figulum II. Capitolinæ tabu-
læ. Meminit horum Cicero in Bruto. De Figulo II. con-
sule Valerius cap. de ira.

P. Scipio Nasica. M. Claudius. 599

P Scipionem, M. Claudium, cõsules subdit Cæsi-
us, Nasicam & Marcellum Fasti Siculi, P. Cor-
nelium Scipionem Nasicam II. M. Claudium Marcellum
II. Capitolini. Hunc Marcellum ter cõsulem fuisse
Pædianus. P. verò Scipionem Nasicam Corculum appel-
latum, bis cõsulem, censoremque fuisse scribit in Bruto
Cicero.

L. Posthumius. Q. Opimius. 600

Hic annus cõsules habuit L. Posthumium, Q. Opi-
mum, authore Cæsius & Obsequens. Siculis
tabulis Opimium & Albinum. Capitolinis autem Q.
Opimium, L. Posthumium Albinum. Q. Opimij cõsul-
lis mentio fit à Cicerone in Bruto, & in Epitoma XLVII.
Ceterum Posthumium in magistratu mortuum fuisse,
præter Verrium Flaccum, docet etiam Obsequens, in
cuius locum M. Acilius Glabrio factus est.

Q. Fulvius. T. Annius. 601

Consules subsecuti sunt Q. Fulvius, T. Annius, autho-
re Cæsius. In fragmentis Capitolinis est Nobi-
lior, & T. Annius. In Siculis Nobilior & Lucus. Cicero
in Bruto Q. Nobiliorem M. F. & T. Annium Lucum
cõsules memorat. Fasti Græci & liber Cuspianiani No-
biliorem & Lucum edunt.

Marcus

602 *Marcus Marcellus. L. Valerius.*

Hic annus consules habuit, M. Marcellum, L. Valerium, Casiodoro teste, Marcellum & Flaccum, Siculis Fastis, M. Claudium Marcellum, L. Valerium Flaccum, Obsequenti. Hic Marcellus ter consul fuit, author Pædianus in orat. pro Scauro. Cicero de diuinatione & fato.

603 *L. Licinius Lucullus. A. Posthumius Albinus.*

Lucullum, A. Posthumium coff. subdit Casiodorus. Lucullum & Albinum Sicule tabulæ. Lucullum & A. Posthumium A. F. Capitolina fragmenta. L. Licinium Lucullum, A. Posthumium Albinum cum Epitoma XLVIII. Orosius Eorundem meminit Cicero in Bruto & in Lucullo.

604 *T. Quintius. M. Acilius.*

Consules hic annus habuit L. Quintiū, M. Aciliū, autore Casiodoro, quos Plinius libr. 7. cap. 36. C. Quintium M. Aciliū vocat. Cicero in Catone & Epistolarum ad Atticum libro 12. T. Flamminium, M. Aciliū, eosque vnde uigesimo post Ennii mortem anno ait factos. Sicule tabulæ Flamminium & Balbum. Capitolina fragmenta Flamminium, M. Aciliū Balbum.

605 *L. Martius. M. Manilius.*

In hunc annum consules profectetur Casiodorus L. Martium, M. Maniliū, itemque Epitoma XLIX. Censorini & M. Manilij Cicero in Lucullo meminit. Censorini & Manilij libro 12. ad Atticum. Eosdem nominat Appianus in Libyca, L. Martium Censorinum, M. Maniliū, itemque Censorinus de die natali. Censorinum & Maniliū Fasti Siculi. Censorinum, M. Maniliū P. F. P. N. Capitolini. Hisce coff. tertium inter populum Romanum & Carthaginenses bellum exortum fuisse, præter Verrium Flaccum, Florus, Epitoma XLIX. Solinus qui anno DCIII. cum Verrio Flacco, Cicero Philippica XI. Eutropius & Orosius memorant.

606 *Sp. Posthumius. L. Piso.*

Deinceps consules creati sunt Sp. Posthumius, & L. Piso, Casiodoro & Obsequente authoribus. In fragmentis Capitolinis est Albinus Magnus, L. Calpurnius C. F. C. N. Piso, Cæloninus. In Cuspiniani Magnus & Cæloninus, in Siculis Albinus & Piso. Sunt autem illa Posthumij hæc Calpurnij cognomina. Hoc anno cum Andrisco, qui & Pseudophilippus est dictus, bellum populus Romanus suscepit, quod Macedonicum tertium vocant, vt authores sunt Florus & Eutropius.

607 *P. Africanus. C. Liuius.*

Obsequens & Casiodorus consules in hunc annum edunt P. Africanum, & C. Liuium. In Fastis Siculis Scipio & Drusus, in Capitolinis autem fragmentis Africanus Æmylianus. C. Liuius, M. Æmyliani F. M. N. Drusus. Hic P. Cornelius Pauli, qui Persen Macedonum regem vicerat, filius fuit, datus in adoptionem P. Cornelio Scipionis Africani filio, quare P. Cornelius P. F. P. N. Scipio Africanus minor & Æmylianus appellatus est: vt author est Velleius & alij, eius quoque duo extrema cognomina sunt, in tabulis Capitolinis, ex quibus quoque integra M. Liuij Drusij nomenclatura formata est: De his consulibus sæpe Cicero, Valerius, Paternulus, Appianus, Plutarchus, Florus, yterque Plinius, Eutropius, & Orosius.

608 *Cn. Cornelius. L. Mummius.*

Deinceps secuti sunt cōsules Cn. Cornelius, L. Mummius, teste Casiodoro. Cn. Cornelius Lentulus L. Mummius Orosio, Velleio, Censorino, Cicerone libr. 13. Epistolarum ad Atticum. In Fastis Siculis est Lentulus & Mummius. In fragmentis Capitolinis Lentulus L.

Mummius L. N. L. Mummius in hoc magistratu ex Achaica victoria Achaici cognomen inuenit, Plutarchus in Mario & Velleius authores.

Q. Fabius Maximus. L. Hostilius.

609

Casiodorus hoc anno consules edit, Q. Fabium Maximum, cum L. Hostilio: Q. Maximum Scipionis fratrem, L. Mancinum Cicero in Lælio & Plinius libro 35. capite 4. De Q. Fabio Maximo Æmyliano Valerius libro 2. capite 1. Hic Q. Fabius Pauli Æmylij fuit adoptatus à Q. Fabio Maximo Verrucosi filio, author Appianus in Hispanensi, & idcirco in tabulæ Capitolinæ fragmento est alterum cognomen Aimilianus. Plinius lapsus libro 31. cap. 11. fratrem Scipionis Q. Allobrogicum vocat, qui fuit huius Fabij filius.

Ser. Galba. L. Aurelius.

610

Consules hic annus habuit Ser. Galbā, L. Aurelium, autore Casiodoro: quos Seruium Sulpitium Galbam & L. Aurelium Cottam vocat Valerius libro 6. Galbam & Cottam Fasti Siculi. Galbam & L. Valeriū Cottam fragmenta Capitolina. Hic est Sulpitius Galba, qui prætor autore Suetonio Viriathinum ante bellum excitauit, orator vehemens, cuius sæpe meminit Cicero. L. autem Cotta ille est, qui postea ab Africano accusatum Q. Metellus Macedonicus defendit. Cicero in Bruto, pro Muræna, in Verrem: Meminit horum & Frontinus primo de aquæductibus.

Appius Claudius. Q. Metellus.

611

Appium Claudium Q. Metellum nominat in hunc annum consules Casiodorus: Ap. Claudium, Q. Cæciliū Metellum Orosius: Claudium & Metellum Fasti Siculi: Pulchrum & Q. Cæciliū Macedonicum fragmenta Capitolina: Eorundem meminit Frontinus de aquæductibus, Valerius libr. 7. Metellus autem is est, qui in prætura Macedonas atque Achaeos fregit, vnde Macedonicus dictus fuit, quem L. F. Q. N. esse docet Plinius libro 7.

L. Metellus. Q. Maximus.

612

Consules Casiodorus suggerit L. Metellum Q. Maximum, Fasti Siculi Metellum, & Maximum. Orosius L. Cæciliū Metellum, Q. Fabium Maximum Seruilianum: Fragmenta item Capitolina Caluum & Seruilianum. Hic Seruilianus frater est germanus Q. Seruilij Cæpionis biennio post consulis, autore Appiano, adoptiuus Q. Fabij Æmyliani. Ambo enim à Q. Fabio Maximo Verrucosi filio adoptati fuerunt, alter ex gæte Æmylia, alter ex Seruilia. L. Metellus frater est Q. Metelli Macedonici, vt tradit Valerius de testibus.

Cn. Cæpio. Q. Pompeius.

613

Cn. Cæpio & Q. Pompeius consules referuntur à Casiodoro. Velleius libro 11. seu dua, seu tres Pompeiorum familia fuerunt, primus è Pompeijs cum Cn. Seruilio coff. fuit. De hoc Q. Pompeio Cicero sæpe meminit, quem humili atque obscuro loco natum scribit. Hic Valerius capite de testibus Aufidium vocat librariorum vitio pro A. filium. Eadem ratione Appianus in Hispanensium Q. Pompeium Aulum vocat pro Auli filium. Cn. & Q. Seruilios Cæpiones fratres fuisse docet Cicero in Verrinis & in Fœreiana, ac Valerius capite de testibus.

Q. Cæpio. C. Lælius.

614

Deinceps consul factus Q. Cæpio cum C. Lælio, author cum Fastis Siculis Casiodorus & Obsequens. Frontinus de aquæductibus. Hic Lælius, vt Cicero in Philip. 11. & Velleius tradunt, filius fuit eius Lælij, qui cōsul fuit anno DLXIII. qui sapientis cognomen primum tulit ex Cicerone lib. 2. Officiorum, atque in Lælio, cuius rationem affert Plutarchus in Cracchis.

Cn. Piso.

615 *Cn. Piso. M. Popilius.*

CAsiodorus in hunc annum consules prodit Cn. Pisonem cum M. Popilio. M. Popilium Lanatam Appianus & Epitoma: M. Popilium Lanatam L. Calpurnium, Valerius libro primo, cum ait, Cornelius, Hispanus Praetor peregrinus M. Popilio Lanate L. Calpurnio cons. edito Chaldaeos citra decimum diem abire ex vrbe atque Italia iussit.

616 *P. Scipio. D. Brutus.*

P Scipio, D. Brutus consules memorantur hoc anno a Casiodoro, Florus Epitoma l.v. P. Cornelio Nasica, (cui cognomen Serapionis fuit ab irridente C. Curatio tribuni plebis impostum) & Decio Iunio Bruto cons. delectum habentibus. Hic Scipio filius fuit eius Nasicae, qui Corculum fuit appellatus, atque bis Consul & Censor fuit, eius qui vir optimus a Senatu iudicatus est nepos, pater verò eius qui Jugurthæ bellum intulit, ut ait Velleius. Decium Brutum Cicero in Bruto M. F. vocat, qui consulatum gessit anno DCCVII. atque in tabulis Capitolinis Pennus appellatur. De his consulibus præterea Cicero sæpissimè. Valerius lib. 3. cap. 7. & lib. 5. cap. 3. & lib. 9. cap. 15. Plinius libr. 21. & Frontinus, mentionem faciunt.

617 *M. Æmilius. C. Hostilius Mancinus.*

Consules comparant in hunc annum Casiodorus & Obsequens, M. Æmilius, C. Hostilius Mancinus: Lepidum & Mancinum Fasti Siculi. Orofius & Appianus M. Æmilium Lepidum, & C. Hostilius Mancinum: Mancini consulis etiam in fragmentis Capitolinis vestigia extant: Lepidi meminit sæpè Cicero, cum alibi tum in Bruto. Valerius, Florus, Paternulus, & Plinius de viris illustribus.

618 *P. Furium. Sext. Attilium Serranum.*

Consules suggerit Casiodorus P. Furium, Sext. Attilium Serranum: Cicero libr. 3. de officijs L. Furium, Sext. Attilium: Obsequens L. Furium, Attilium Serranum: Fasti Siculi Philum & Serranum. De Furio Cicero sic in Bruto, L. Furium Philum perbene loqui putabatur, literatiusque quam ceteri. In fragmentis Capitolinis vestigium etiam apparet Serrani consulis.

619 *Ser. Fulvium. C. Calpurnium.*

Deinceps consules subijcit Casiodorus & Obsequens Ser. Fulvium, Q. Calpurnium. Fasti Siculi Flaccum & Pisonem. Orofius Seruium Fulvium Flaccum, Q. Calpurnium Pisonem. Fragmenta Capitolina Pisonem: Fulvii Flacci consulis mentio est in Epitoma LVI. & apud Appianum in Illyrica, Calpurnij Pisonis in Hispanensi.

620 *P. Africanus. C. Fulvius Flaccus.*

Insequens annus P. Africanus, C. Fulvius Flaccus, consules habuit, ut scriptum est apud Casiodorum & Obsequentem: ut autem in Fastis Siculis, Scipionem & Flaccum: quem eundem Flaccum suggerunt Capitolina fragmenta. C. Fulvii mentio est etiam in Epitoma LVI. Africani it. consulis, apud Appianum in Hispanensi, Orofium, Florum, Valerium libro 8.

621 *P. Mucium. L. Calpurnium.*

Hic annus consules habuit P. Mucium, L. Calpurnium, auctore Casiodoro: Scatuolam & Calpurnium Fasti Siculis: Velleio autem P. Mucium Scatuolam & L. Calpurnium: Horum sic meminit Pædianus in Verrinas, Scatuolam iuris peritissimus cum L. Pisonem cons. fuit, quo anno Tib. Gracchus occisus est. In fragmentis Capitolinis est L. Calpurnius Piso Frugi recte. Scribit enim Cicero in Verrem, & pro Fonteio primum hunc esse Pisonibus esse Frugi vocatum. Idem tribunus plebis legem tulit de repetundis, Marcio & Manilio consulibus, & annales Romanos scripsit Cicero in Bruto.

P. Popilius. P. Rupilius.

622

In hunc annum creati consules fuerunt, auctore Casiodoro, P. Popilius, P. Rupilius, Lanas & Rupilius Fasti Siculis. Eorum meminit Cicero libro 13. ad Atticum & in Verrem. In fragmentis etiam Capitolinis est P. Popilius C. F. P. Rupilius, P. F. P. N. Rupilius & Popilium consules nominat Velleius lib. 2. Rupilium & Lanatam Cicero in Lælio. P. Rupilij mentio etiam est in Epitoma LIX.

P. Crassus. L. Valerius.

623

Consules suggerit in hunc annum Casiodorus, P. Crassum, L. Valerium, Crassum & Flaccum Fasti Siculi. Cicero Philippica XI. L. Valerium Flaccum, P. Licinium Crassum. P. Licinij Crassi consulis meminerunt omnes, qui de bello Aristonici scripserunt. Hic P. Crassus Diues Scatuola frater dicitur a Cicero in libris de Oratore, & in Bruto. Unde cum Mutianum vocat Velleius libro secundo, ut adoptatum eum ex gente Mutia in Crassorum familiam notet. Idem ditissimus, nobilissimus, eloquentissimus, iurisperitissimus, Pontifex Maximus fuisse scribitur a Gellio libro primo, capite 23.

C. Claudius. M. Perpenna.

624

Appius Claudius, M. Perpenna, consules in hunc annum comparantur ab Obsequente & Casiodoro. Liber Cuspiniani & Fasti Græci, Lentulum & Perpenam edunt, fortè hic Claudius in familiam Corneliam adoptatus fuit. Ceterum Cicero libro tertio de legibus, & pro Plancio, hunc C. Claudium vocat. Idem confirmat vulgata vetus lapidea tabula, in qua est C. Claudius, M. Perpenna consules. Quam inscriptionem Sigonius & Onuphrius secuti C. Claudium, non Appium nominant. De M. Perpenna mentionem fecerunt omnes qui bellum Aristonici descripserunt, in his fuisse Valerius libro tertio, cap. quarto, Velleius, Strabo, Orofius & Eutropius.

C. Sempronius. M. Aquilius.

625

Hic annus consules habuit M. Aquilius, C. Sempronium auctore Casiodoro, Aquilium & Tuditanum Fasti Siculis. Orofio autem C. Sempronium Tuditanum, M. Aquilium. Horum meminit Cicero de natura deorum, & ad Q. fratrem, Paternulus libr. 2. Strabo lib. 14. Appianus lib. 1. Vterque ex triumphis eorum Capitolinis descriptus est.

Cn. Octavius. T. Annius.

626

Deinceps Cn. Octavius, T. Annius consules secuti, auctor Casiodorus, præter eum nemo. Octavius & Rufum liber Cuspiniani & Fasti Siculi: Plutarchus etiam T. Annium quendam narrat cum Tiberio Graccho in seditione contendisse, Cn. Octavius, Cn. F. est eius qui consul fuit anno DCLXXXVIII.

L. Cassius. L. Cinnam.

627

L Cassium, L. Cinnam, consules in hunc annum edidit Casiodorus, Longinum & Cinnam Fasti Siculi. Libri Cuspiniani Rullam mendosè pro Rauilla & Cinnam edunt. Hic L. Cassius ab eo genitus est, qui consulatum gessit anno DCC. qui postea censor fuit DCCXXIX. & Rauilla cognominatur a Froncino.

M. Æmilius. L. Aurelius.

628

M Æmilius, L. Aurelius consules in hunc annum memorat Casiodorus & Obsequens. Lepidum & Orestem Fasti Siculi. M. Æmilium Lepidum, L. Aurelium Orestem Centorinus, M. Lepidum, L. Orestem Cicero in Bruto.

M. Plautius. M. Fulvius.

629

M Plautium M. Fulvium consules in hunc annum profitentur Casiodorus & Obsequens. Hypsimum & Flac-

& Flaccum Fasti Siculi. M. Plautium Hypsæum, M. Fulvium Flaccum Orofius, & Frontinus de aquaductibus. Meminit eorum etiam Valerius cap. de Superbia.

630 *C. Cassius Longinus. C. Sextius.*

Consules subsecutos tradit Cassiodorus & Obsequens, C. Cassium Longinum, & C. Sextium. Longinum & Calvium Fasti Siculi, Velleius Cassio & Calvino Fabratiam coloniam deductam scribit. C. Sextij Calvini meminit Cicero in Bruto. Eutropius consules edit C. Cassium Longinum, & Sext. Domitium Calvium, non sine mendis suspicione.

631 *Q. Cæcilius. T. Quintius.*

Q. Cæcilius T. Quintium in hunc annum prodit consules Cassiodorus. Metellum & Flaminium Fasti Siculi. Q. Cæcilius Metellum, T. Quintium Flaminium, Eutropius & Orofius. T. Flaminium, Q. Metellum, vocat Cicero pro domo. Q. Metellus Maximus natus est filius quatuor Macedonici, quem à detiuctis in hoc honore Balearibus Q. Metellum Balearicum vocat Plutarchus de fortuna Romanorum.

632 *Cn. Domitius. C. Fannius.*

Cn. Domitium, C. Fannium consules comparant in hunc annum Cassiodorus & Obsequens, Anobarbum & Fannium Fasti Siculi. Eorum meminit Cicero in Bruto, & Plinius libr. 2. cap. 32. Lunæ, inquiens, triæ Cn. Domitio & C. Fannio consulis apparere, quos plerique appellarunt soles nocturnos.

633 *L. Opimius. Q. Maximus.*

L. Opimium, Q. Maximum, consules hic annus habuit, authore Cassiodoro, Opimium & Maximum Fasti Siculi, Obsequens verò, L. Opimium, Q. Fabium Maximum. Horum meminit Plinius libr. 2. cum ait, Circa solem arcus apparuit L. Opimio, Q. Fabio cons. Hic Q. Fabius Maximus Pauli nepos, Fabijque Aemilianij filius, & rectè dicitur à Cicerone in Bruto, Floro in Epitoma, Velleio libro 2. & Padiano in Verrinas. Ita coargui possunt Strabo, Appianus, & Plinius, qui hunc cum Aemilianio patre confundunt, qui eodem Cicerone & Plinio authoribus Allobrogicus ex Allobrogum victoria appellatus est. Lucij Opimij consulis, vnde Opimianum vinum dictum est, Plinius libro 14. cap. 4. & Plutarchus in C. Craccho, & Velleius libro secundo meminerunt.

634 *Pub. Manlius. C. Papius.*

Pub. Manlium, C. Papium, consules subdit in hunc annum Cassiodorus. Manlium & Carbonem Fasti Siculi, C. Papius Carbo is est, qui tribunus plebis Claudio & Perpenna cons. post triumvir agris diuidendis à C. Craccho designatus est, qui que primum plebis partes secutus, post ad optimates se contulit, de quo cum aliis sapè Cicero, tum in secundo de oratore meminit.

635 *L. Cæcilius. L. Aurelius.*

L. Cæcilius, L. Aurelius, consules suggerit Cassiodorus & Obsequens. Metellum & Cottam Fasti Siculi. Cæcilij Metelli & Cottæ consulum meminit Plutarchus in Mario, quem Marium his cons. tribunatum plebis gessisse, Metellum que consulem in carcerem coniecisse scribit. Hic est Cottæ ille, in cuius consularis locum C. Cæsarem Flaminem dialem esse factum tradit Velleius.

636 *M. Cato. Q. Marcius.*

Hic annus consules habuit, M. Catonem, Q. Martium, teste Cassiodoro & Obsequente. Catonem & Martium Fasti Siculi. Eutropio autem M. Portium Catonem, & Q. Martium. Eorum meminit Valerius libro 5. & Plinius libro secundo, capite trigesimo primo, Cellius libr. 13. capite 19.

L. Cæcilius. Q. Mutius.

637

Consules deinceps tradit Cassiodorus, L. Cæcilium & Q. Mutium. Metellum & Scæuolam Fasti Siculi, L. Cæcilius Metellum, Q. Mutium Scæuolam Eutropius. Est autem hic L. Cæcilius Metellus, qui postea à Dalmatis victis Dalmaticus est appellatus, quem Plutarchus in Coriolano, & in libro de fortuna Romanorum Diadematum vocat quod vlcis causa Diademate diu frontem obligauerit. Hinc Pompeio candida fascia cruce alligatum habenti, Faonius non refert (inquit) qua in parte corporis sit Diadema, exigui panni appellatione regias eius opes exprobrans. Quintius verò Mutius Scæuola augure est, de quo Cicero in Lælio, & libro primo de Oratore.

C. Licinius Geta. Q. Maximus.

638

Cassiodorus cons. in hunc annum comparat, C. Licinium & Q. Maximum. Fasti Græci, Getam & Maximum, liber Cuspiniani Getam & Eburnum. De Q. Maximo loquitur Cicero pro Murena. Fuisse autem hunc à Fabijs, Eburni cognomen indicat, de quo Felleus, Pulchus Iouis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat, propter candorem, quod eius natis fulmine idta esset. Fabium Eburnum filium impudicum, cognita domi causa necesse tradit Quintilianus declam. 3. quem Q. Fabium Seruilianum vocat Valerius. Licinij patris nomen hæcenus obscurum ex nummo antiquo repositum Goltzius, in quo C. Licinium Getam Publij filium fuisse discretè per scriptum ait.

M. Metellus. M. Scæurus.

639

Consules subsecuti sunt authore Cassiodoro M. Metellus, M. Scæurus: Ceterum Metellus tertius est ex filijs Macedonici. De Marco autem Scæuro, quem author libri de viris illustribus M. Aemilium Scæurum vocat, ita scribit Padianus: M. Scæurus ita fuit patricius ut tribus supra eum ætatibus iacuerit eius domus fortuna, nam neque pater, neque avus, neque proavus propter tenues opes & nullam vitæ industriam honores adepti sunt. De eo præterea sapè Cicero pro Murena, & in Bruto, Valerius libro 5. cap. 8. & Plinius libro secundo, capite 36.

M. Acilius Balbus. C. Cato.

640

M. Acilius Balbus, C. Catonem consules suggerit Cassiodorus: Balbus & Catonem Fasti Siculi: M. Acilius, C. Porcius Obsequens. Eorum meminit Plinius libro 2. cap. 29. & 58. Acilius prænomine Manij aspicit Plutarchus in Mario. C. Cato frater est M. Catonis, eius, qui quadriennio ante consul fuit, nepos M. Catonis, Censorij atque Africani fororis filius, ut ait Velleius: Cicero in Verrem & in Bruto.

C. Cæcilius. Cn. Papius.

641

C. Cæcilius, Cn. Papium consules subdit Cassiodorus & Obsequens. Metellum & Carbonem Fasti Siculi. C. Cæcilius Metellum & Cn. Carbonem Eutropius, eodem anno 640. ab V. C. consularum gessisse tradit Tacitus de moribus Germanorum: quo anno populum Romanum primum cum Cimbris & Teutonibus bellare cepisse, ipse cum Obsequente scribit, C. Metellus est quartus C. Metelli Macedonici filius, quem moriens prætorium & cædidatum consularis reliquit. Hinc cognomen ex contumelia traxisse author est Cicero de Orat. lib. 2. cognomen autem fuit Caprius, ut ait Plutarchus de vita Romanorum.

M. Lælius Drusus. L. Pison.

642

M. Lælius Drusum, L. Pisonem consules, in hunc annum commemorat Cassiodorus, Drusum & Pisonem Fasti Siculi, L. Pisonem Cætonium consularis occisus postea est à Tigurinis, L. Cassio consule, author Orofius.

P. Sci.

- 643 *P. Scipio. L. Calpurnius Bestia.*
Consules edit in hunc annum Calsiodorus, P. Scipionem, L. Calpurnium Bestiam, Fasti Siculi Nasicam & Bestiam. Obsequens P. Scipionem, L. Calpurnium, Salustium, Eutropius, & Orofius, P. Scipionem Nasicam, & L. Calpurnium Bestiam. P. Nasicam Scipionis, & L. Bestiam consulum meminit etiam Val. lib. 1. cap. 6. Cicero autem P. Scipionem, P. Scipionis Serapionis filium, L. Bestiam collegam in consulatu mortuum esse tradit in Bruto. Bestiam etiam mentio fit in fragmento Capitolino.
- 644 *Sp. Posthumius. M. Minucius.*
Sp. Posthumium, M. Minutium, consules Calsiodorus suggerit, Albinum & Rufum Fasti Siculi, Sp. Albinum, Q. Minutium Rufum, Salustius. M. Minucij meminit etiam Velleius & Epitoma LXV.
- 645 *Q. Metellus. M. Silanus.*
Consules subsecutos tradit Calsiodorus, Q. Metellum & M. Silanum. Fasti Siculi Metellum & Silanum, Q. Caelium Metellum Numidicum, M. Iunium Silanum, Pædianus & Eutropius. Eorum etiam meminit Cicero in Bruto. Metellus à Numidia victa Numidicus dictus, auctore Velleio.
- 646 *Ser. Galba. M. Scaurus.*
Seruium Galbam, M. Scaurum prodit in hunc annum consules Calsiodorus & Obsequens. Sulpitium & Scaurum Fasti Siculi. Seruium Galbam consularem fuisse Mario VI. consule scribit pro Rabirio Cicero. M. Scauri consulis meminit Velleius & Tacitus. Hic est M. Aurelius Scaurus, qui post legatus à Cimbris est interfectus, ut est in Epitoma LXVII.
- 647 *L. Cassius. C. Marius.*
L Cassium, C. Marium consules in hunc annum comparat Calsiodorus. Longinum & Murium, liber Cuspiniani & Fasti Siculi. Eorum etiam meminit Plinius libro 10. cap. 13. C. Marium duabus repulsis adilitatis acceptis consulem esse factum, scribit Cicero pro Plancio, & Plutarchus in Mario, & rursus Cicero libro 3. de Officijs.
- 648 *Q. Servilius Capio. C. Atilius.*
Obsequens & Calsiodorus consules in hunc annum comparant, Q. Servilium Capionem, & C. Atilium Serranum. Capionem & Serranum Fasti Siculi. Hoc anno III. Nonas Januarij natum esse M. Tullium Ciceronem, Cellius libro 15. cap. 28. scriptum reliquit. Horum consulum multa apud Ciceronem, & alios veteres scriptores mentio est.
- 649 *P. Rutilius Rufus. C. Manilius.*
Pvblius Rutilius Rufus, & C. Manilius consules in hunc annum suggeruntur ab Obsequente & Calsiodoro, P. Rutilium, M. F. vocat Cicero in Bruto. In altero consule variant annales, alij enim Caium, alij Cneium, alij Marcum Manlium, Mallium vel Manilium vocant. Ceterum totam hanc controversiam dirimit lapis antiquus Puteolanus, cuius inscriptio continet Pub. Rutilij, & Cn. Mallij consulum nomen, ut & Fastorum Siculorum, in quibus est Rufus & Mallius. Eius Cicero pro Plancio & Muræna, Valerius, Salustius, Tacitus, Florus, Eutropius & Orofius meminerunt. Atque eum non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta fuisse scribit Cicero pro Plancio. Vnde facile apparet, Mallios gentem esse à Manlijs diuersos. Non enim de Cn. Manlio patritio eoque nobilissimo ita loqueretur Cicero.
- 650 *C. Marius II. C. Flavius Fimbria.*
Deinceps C. Marium II. C. Flavius Fimbriam, consules suggerit Calsiodorus, C. Marium, C. Flavium,
- Obsequens. Marium & Fimbriam Fasti Siculi, C. Marium II. C. Fimbriam item C. Marium, C. Flavium, Pædianus in Cornel. Horum præterea consulum sæpè Cicero, Velleius, Valerius, Plutarchus, & alij mentionem faciunt.
- C. Marius III. L. Aurelius Orestes.* 651
C Marium III. L. Aurelium Orestem, tradit in hunc annum consules Calsiodorus. Marium & Orestem Fasti Siculi. Marius abiens etiam III. consul est factus metu Cimbrici belli, quod differebatur, auctor Velleius, Eutropius, Epitoma, Cicero de prouincijs.
- C. Marius IIII. Q. Lutatius.* 652
Inde C. Marium IIII. Q. Lutatium, consules Calsiodorus & Obsequens suggerit. Marium & Catulum Fasti Siculi, C. Marium IIII. & Q. Lutatium Catulum Plutarchus, & Eutropius. De his præterea Cicero sæpè & Plinius mentionem faciunt.
- C. Marius V. M. Aquillius.* 653
Consules deinde fuerunt, Calsiodoro teste, C. Marius V. & M. Aquillius. De C. Mario V. consule Plutarchus & Florus. Cicero verò 2. de Oratore, C. Marij V. consulis collegam vocat M. Aquillium, de quo Plutarchus in Mario, qui eum *μαθρον ἀνδρῶν* vocat, ut & Appianus in Mithridatica. Est autem M. Aquillius consularis ille, qui post legatus à Mithridate rege captus, atque per contumeliam excruciatu est.
- C. Marius VI. L. Valerius Flaccus.* 654
Calsiodorus & Obsequens hoc anno edunt consules, C. Marium VI. L. Valerium Flaccum. Marium & Flaccum Fasti Siculi. Hic L. Flaccus postea censor, princeps senatus & magister equitum Syllæ dictatoris fuit. Horum verò consulum Cicero sapissimè ut in Bruto, pro Rabirio, in Catilinam, in Antonium, pro Plancio, Plinius libro secundo, Velleius, Pædianus in Pisoniana. Plutarchus & alij plerique meminerunt. Hoc anno IIII. Idus Quintiles, C. Cæsar postea dictator natus est, auctore Macrobio.
- M. Antonius. A. Posthumius.* 655
Marcum Antonium, A. Posthumium, consules in hunc annum produnt Calsiodorus & Obsequens. Antonium & Albinum Fasti Siculi. In fragmento Capitolino etiam est mentio A. Post. Liber Cuspiniani & Fasti Græci Antonium & Albinum. Horum consulum meminit Cicero in oratione post reditum ad Quirites. Plinius libro octauo, capite septimo, vbi hunc annum DCLV. vocat. Cellius lib. 4. cap. 6.
- Q. Metellus. T. Didius.* 656
Q Metellus, T. Didius, consules subsequuntur in hunc annum, auctor Calsiodorus & Obsequens. Hos etiam memorat Pædianus in Cornelianam, Q. Metellum nepotè, inquit, Balearici F. Macedonici nepotem, qui consul fuit cum T. Didio, Curio accusauit. Meminit etiam eiusdem in oratione post reditum.
- Cn. Lentulus. P. Crassus.* 657
CN. Lentulum, P. Crassum, cum Fastis Siculis Calsiodorus, Cn. Cornelium, P. Licinium, Obsequens in hunc annum commemorat consules. Meminit eorum Plinius libro 10. cap. 1. & libro 33. cap. 2.
- Cn. Domitius. C. Cassius.* 658
CN. Domitium, C. Cassium, hic annus habuit, auctore Calsiodoro & Obsequente. Liber Cuspiniani & Fasti Græci profitentur Ænobarbum & Longinum, Vertij Flacci fragmentum Ænobarbum & C. Cassium L. F. Meminit eorum Pædianus in Cornelianam, &c.
- L. Cras-*

659

L. Crassus. Q. Scauola.

Consules subsecuti, *L. Crassus* & *Q. Scauola*, auctores *Cassiodorus* & *Obsequens*. In fragmento Capitolino consulari est *Crassus*, *Q. Mutius* in Censorio est *L. Licinius L. F. Crassus* oratorem omnes magistratus gessit se cum *Q. Scauola* pontifice Maximo, præter tribunatū plebis & censurā scribit *Cicero* in *Bruto*, ipsēdemque consulis, *Q. Hortensium* in foro primum dixisse. *L. Licinij Crassi* oratoris, & *Q. Mutij Scauolæ* pontificis Max. & Oratoris ac Iuriconsulti: consilium meminit *Pædianus* in *Corneliana*.

660

C. Calpurnius. L. Domitius.

C. Calpurnius, *L. Domitius*, consules edūt in hūc annum *Cassiodorus* & *Obsequens*. *Caldus* & *Enobarbum* Fasti Siculi. In fragmento Capitolino est *Caldus* & *L. Domitius Cn. F. Caldus* autem est cognomen *Cælij*. Meminit etiam *Velleius Cælij* cuiusdam *Caldi* sub Augusto. Idem *Cicero* in libro de petit. consul. pro *Muræna*. *Pædianus* in *Corneliana*. Rursus *Cicero* in *Bruto* proxime ante *Herennium*.

661

C. Valerius Flaccus. M. Herennius.

Consules in hunc annum comparāt, *C. Valerius Flaccus*, *M. Herennium*, *Cassiodorus* & *Obsequens*. *Flaccus*, & *Herennium* Fasti Siculi. *Flaccus*, *M. Herennium* Capitolinum fragmentum. Horum quoque meminit *Plinius* libro 29. cap. 3. *Cicero* pro *Muræna* in *Bruto*.

662

C. Claudius Pulcher. M. Perpenna.

Consules hoc anno fuerunt *C. Claudius Pulcher*, *M. Perpenna*, *Cassiodorus* auctor & *Obsequens*. In fragmento item Capitolino est *Pulcher*, *M. Perpenna*, itemque in Fastis Siculis. *Huius Claudij Prætoris Siciliae* meminit *Cicero* in *Verr. 4. adilis curulis*, libro 2. *Offic. Plinius* libro 8.

663

L. Martius. Sext. Iulius.

L. Martius, *Sext. Iulius*, cōsules in hunc annum *Cassiodorus* & *Obsequens*. *Philippum* & *Cæfarem* Fasti Siculi. *Eutropius* & *Orosius* *Sext. Iulium Cæfarem*. *L. Martium Philippum*, fragmentum Capitolinum *Philippum*, *Sext. Iulium C. F. edunt*. Horum meminit *Plinius* libro 2. cap. 8. & lib. 33. cap. 3. Idem *Cicero* sæpè *Valerius* que.

664

L. Iulius Cæsar. P. Rutilius Lupus.

Consules in hunc annum sunt apud *Cassiodorus*, & *Obsequens* *L. Iulius Cæsar*, *Pub. Rutilus Lupus*, itemque apud *Pædianum Velleiū* & in *Epitoma LXXIII.* & apud ceteros, qui de bello *Carthico* scripserunt, in fragmento Capitolino *Cæsar*, *P. Rutilus L. F.* in Siculis Fastis *Cæsar* & *Lupus*. Meminit etiam eorum *Cicero* de *divinatione*. *L. Cæfarem* autem in *adilitate præteritum*, consulem factum scribit in *Plantiana*.

665

L. Portius. Cn. Pompeius.

L. Portius, *Cn. Pompeius*, cōsules in hunc annum *Cassiodorus*, *Cn. Pompeium Strabonem*. *L. Portium Catonem*, *Pædianus* in *Corneliana*. *Strabonem* & *L. Portium* fragmenta Capitolina. *Strabonem* & *Catonem* Fasti Siculi. Horum consulum meminerunt *Appianus*, *Orosius*, & alij, qui bellum *Marsicum* literis prodiderunt. *Cn. Pompeius* hic pater *Cn. Pompeij Magni* fuit, auctore *Appiano* & *Pædiano* in *Pisonianam*.

666

L. Sylla. Q. Pompeius.

Consules edit in hunc annum *Cassiodorus*, *L. Syllam* & *Q. Pompeium*, idem est scriptum apud *Obsequens*, *Velleium*, *Eutropium*, *Orosium*, *Appianum*, *Plutarchum* & alios. *Syllam* & *Rufum* Fasti Siculi. *Sylla* post *victoriam* civilem *Felicem* se appellari voluit. Itaque *Pædianus* & *Capitolini* auctores in hoc consulari referendo ita scribunt, *L. Sulla*, qui postea *Felix* est appel-

latus. Idem in secundo consulari Capitolino *L. F. P. N.* dicitur. De *Q. autem Pompeio Ruffo* loquitur etiam *Cicero* in *Bruto*,

L. Cornelius Cinna. Cn. Octavius.

667

Consules in hunc annum commemorat cum Fastis Siculis *Cassiodorus*, *L. Cinna*, & *Cn. Octavius*. *L. Cornelium Cinna*, *Cn. Octavius*, *Appianus*, *Velleius* & ceteri qui huius temporis historiam literis prodiderunt, *L. Cinna* scribit *Plutarchus* consulem à *L. Sulla* ex inimica factione ea conditione creatum, ut *Sulla* actionibus non aduersaretur, vbi primum magistratum iniuit, præsentem *Reipub.* statum perturbare adortum, *Sulla* etiam accusationem per *Virginium* tribunum plebis comparasse. *Sullam* autem, *Virginio* contemptro aduersus *Mithridatem* mouisse.

L. Cinna II. C. Marius.

668

Inde *C. Marius* VII. *L. Cinna II.* consules Siculis Fastis, *Cassiodorus*, & ijs qui de bello civili scripserunt auctoribus, *Plutarchus* *Marium* primum fuisse tradit, qui se primum *Romæ* consulari cepit. Ceterum, quod apud *Appianum* & in *Epitomis* extat, *L. Cinna*, *C. Marius* nullis habitis comitijs consules se in hunc annum renunciarunt, eodemque die quo magistratum inierunt, *Marius* *Sext. Licinium* Senatorem de saxo deijci iussit, editisque multis sceleribus, *Idibus Ianuarijs* decessit, in eius locum successus est *L. Valerius Flaccus*, is ut putant, qui ante cum *C. Mario VI.* consule consul fuit, de quo *Cicero* pro *Flacco* eius filio dicens mentionem facit.

L. Cinna III. Cn. Papirius.

669

L. Cinna III. *Cn. Papirius* consules subsecutos in hunc annum testatur *Cassiodorus*, *Cinna* & *Carbonem* Fasti Siculi. In *Epitoma 83.* scriptum est, *L. Cinna* & *Cn. Papirius Carbonem* consules semet per biennium creasse, & in libro de *viris illustribus* *Cinna* iterum & tertium consulem se fecisse. Horum meminit etiam *Plutarchus* in *Sulla*, *Appianus* in *Mithridatica* atque in primo *bellorum* *ciuilium*.

L. Cinna IIII. Cn. Papirius II.

670

Einiceps *L. Cinna IIII.* *Cn. Papirius II.* consules, auctor *Cassiodorus* & *Epitoma*. *Cinna IIII.* consulis meminit *Cicero* in *Tusculanis*, *Suetonius* in *Cæfare*, *Cn. Papirij Carbonis II.* Capitolina tabula. Siculæ non sine erroris suspitione consules suggerunt *Carbonem* & *Scribonium*.

L. Scipio. C. Norbanus.

671

Consules inde *L. Scipio* & *Norbanus* testis cum Siculis tabulis *Cassiodorus*, *Obsequens*, *Appianus*, *Eutropius*, *Florus* & *Tacitus* lib. 19. In Capitolinis fragmentis est *L. Cornelius L. F. L. N. Scipio Asiaticus*.

C. Marius. Cn. Carbo III.

672

Einiceps *C. Marius*, *Cn. Carbonem III.* consules inueni apud *Cassiodorus*, *Appianum*, *Velleium* & alios, *C. Marius* fratris filium, *C. Marij septies* consulis *Appianus*, at *Velleius*, *Plutarchus*, *Eutropius*, & alij *C. Marij* filium prodiderunt, fortasse autem à *C. Mario* adoptatus fuit, in Capitolinis certè tabulis *C. Marius C. F.* *Cn. appellat*. Horum consulum meminit *Cicero* contra *Rullum*, *Plinius* libro septimo, & hi qui bella *ciuilia* *Sillana* scripserunt.

M. Tullius. Cn. Dolabella.

673

Inde *M. Tullium*, *Cn. Dolabellam* consules subijcit *Cassiodorus*. *Deculam* & *Dolabellam* Fasti Siculi: *T* radit etiam *Appianus* *Sillam* dictatorem, ut *speciem* quamdam antiquæ dignitatis *Respublica* retineret, Consules creari permisisse *M. Tullium* & *Cornelium Dolabellam*, atque ipsum more regio supra eos sedisse. *M. Tullij* & *Cn. Cornelij*

D

Cornelij coff. meminit Cicero contra Rullum, & Gellius lib. 15. cap. 33. In Capitolino fragmento M. Tullius M.F. A.N. Decula appellatur.

674

L. Sulla II. Q. Metellus.

CAsiodorus cum Fastis Siculis consules suggerit L. Syllam II. Q. Metellum: Appianus adijcit, Syllam quanquam Dictator erat, tamen vt aliquam speciem respub. habere videretur, se cum Q. Metello Pio consulem renuntiare voluisse. Horum consulum Cicero in Verrem & alibi Gellius lib. 15. cap. 28. & Casiodorus meminerunt: Metello Pij cognomen fuit: Et est is qui Hispanias & Sertorianum bellum sortitus est: Numidici filius.

675

P. Seruilius. Ap. Claudius.

Inde consules P. Seruilius Ap. Claudius author Casiodorus. Eorum cognomina Vatia & Pulcher extant in tabulis Siculis, de quibus ita Appianus: Pop. Rom. vt Sylla dictatori obsequeretur, ab eo vt consulatum continuaret, petijt, cui aduersatus Sylla Seruilium Isauricum & Claudium Pulchrum consules renunciandos curauit. In fragmento Capitolino est, P. Seruilius Vatia, qui postea Isauricus est appellatus: Isaurici verò cognomen accepit ab Isauris Cilicij populis deuictis, Pædianus in Verrinas. Strabo lib. 14. Marcellinus lib. 14. cum alijs.

676

M. Lepidus. Q. Catulus.

MLepidus, Q. Catulus consules in hunc annum à Casiodoro referuntur, Plutarchus autor est, cum L. Sylla se dictatura abdicasset, & comitorum consularium potestatem populo Romano reddidisset, Marcum Lepidum Syllæ inimicum, hominem audacem, ante Catulum, Cn. Pompeio annitente, esse renunciatum. Horum consulum meminit Plinius libro 36. vbi eos anno vrbs condixit 676. fuisse scribit: Cicero pro Cornelio. Florus ex Liiuo, Valerius lib. 2. cap. 3. Eutropius.

677

M. Æmilius. D. Brutus.

Marcum Æmilium, D. Brutum consules hic annus habuit authore Casiodoro & Obsequente. Meminit horum Macer tribunus plebis apud Salustium, cum plebem à patribus oppressam queritur. Itidè Cicero in Bruto & in II. de Officijs, Valerius li. 7. cap. 7. M. Æmilius Lepidi & L. Iuliani cognomè habuit. Nam ex familia L. Iuliano à Mam. Lepido adoptatus fuit, ergo rectè Mam. filius.

678

Cn. Octavius. C. Curio.

Verrius Flaccus consules edit Cn. Octavium M.F. C. N. C. Scribonium Curionem. Eosdem etiam Cicero in Bruto, Salustius, Obsequens, Lactantius libro primo, Plinius libro secundo, capite 35. memorat. Cicero in Bruto, & Plinius lib. 7. cap. 41. tres C. Curiones oratores produnt Patrem, filium, & Nepotem.

679

L. Octavius. C. Cottam.

LOctavius, C. Cottam consules, Casiodorus in hunc annu consules suggerit: C. Aurelium, L. Octavianum Obsequens. L. Octanij, C. Aurelij consulum meminit Plinius libro secundo, cap. 35. Cicero in I. & V. in Verrem: In fragmentis Capitolinis, L. Octavius Cn. F. Cn. N. & C. Aurelius eduntur. Hunc annum transcendunt Fasti Siculi. Pædianus tres Cottas fratres consulares hoc tempore fuisse scribit, C. Aium, Marcum & Lucium.

680

L. Licinius Lucullus. M. Cottam.

Lucullum, M. Cottam consules in hunc annum prodit Casiodorus: Lucullum & Cottam Fasti Siculi: L. Licinium Lucullum, M. Aureliu Cottam Eutropius. Appianus in Mitridatica, Plutarchus in Lucullo. Horum mentio est apud Ciceronem in Verrem & in Epitoma 93. & 94. L. Lucullus annum habuit qui consul fuit cum A. Albino, Cicero & Plutarchus authores.

M. Lucullus. C. Cassius.

681

MLucullum, C. Cassium consules, authore Casiodoro, hic annus habuit. Marcellum & Cassium Siculis, quos Cicero in Verrem M. Terentium & C. Cassium, legemque ab his latam Terentium & Cassium vocat. Fuit enim quantum ex fragmentis Capitolinis augurari licet, M. Licinius Lucullus à M. Terentio Varro adoptatus, ac propterea M. Terentius Varro Lucullus appellatus, L. Lucullum & M. Lucullum, Cicero in Lucullo & Plutarchus fratres vocant: quos Eutropius confobrinos nominat. Cassij cognomen fuisse Varum docet plumbus Tubulus Romæ inuentus, & quod Appianus etiam libro quarto C. Cassium Varum consularem à triumuiris proscriptum fuisse scribit.

L. Gellius. Cn. Lentulus.

682

LGellius Cn. Lentulus consules subsecuti, vt ait Casiodorus. Itidè meminit eorū Cicero pro Balbo, & alibi, Plutarchus in Crasso, Eutropius & Orosius. Liber Cuspiniani Poplicolam & Lentulum. Fuit verò L. Gellij Poplicolæ cognomen, vt ostendit Onuphrius.

Cn. Aufidius. P. Lentulus.

683

CN. Aufidium, P. Lentulum consules prodit in hunc annum Casiodorus: Lætulum & Orestem Fasti Siculi, Cornelium Lætulum, Cn. Aufidium Orestem, Eutropius. Cn. Aufidium Orestem cum tribunus plebis esse non potuisset, consulem factum scribit Cicero pro Planicio. Est autem hic P. Lentulus Sura is, qui post consularis & prætoris stranguatus est, consule Cicerone, quod cum Catilina coniurauerit, cuius auus fuit P. Lentulus, princeps Senatus, vt ait Cicero pro domo, & in Catilinam, & Pædianus.

M. Crassus. Cn. Pompeius.

684

Inde M. Crassum, Cn. Pompeium consules edunt Casiodorus, Plutarchus, Appianus, Siculi Fasti, Magnum & Diuitem eorum cognomina fuisse satis constat. Ac omnium veterum scriptorum annalibus celebratur hic primus ipsorum consulatus. Plutarchus Licinium Crassum opera Pompeij consulis consulatum adeptum fuisse refert. Horum præterea consulum Cicero, Salustius, Pædianus in Cornelianam, & omnes alij meminerunt.

Q. Metellus. Q. Hortensius.

685

Inde consules Q. Metellus, Q. Hortensius, testis cum Fastis Siculis Casiodorus. Pædianus Q. Metellum Creticum cum Q. Hortensio oratore comparat, itemque Iosephus lib. antiq. Iudæic. 14. Q. Hortensium L. F. Cicero vocat in Bruto, Q. Metellus qui postea à Creta deuicta Creticus est appellatus, filius fuit L. Dalmatici, vt ex Pædiano in diuinationem elicitur.

L. Metellus. Q. Marcium.

686

Pædianus in Pisonianam, Dio & Casiodorus consules in hunc annum comparant L. Cæcilium Metellum, & Q. Marcium. Fasti Græci Marcium Regem & Metellum: Quem scribit Dio mortuum magistratus initio, qui autem in eius locum sussectus fuit, eum antequam iniret obiisse, ac propterea neminem surrogari placuisse, Q. Marcium solum magistratum gessisse, quem regis nomine afficit Salustius, L. Metellus frater fuit Q. Cretico, authore Pædiano.

C. Piso. M. Glabrio.

687

Inde C. Pifo, M. Glabrio consules apud Casiodorum & Fastos Siculos: Manius Acilius C. Pifo apud Dionè subsequuntur. C. Pisonis, & M. Acilij Glabronis consularium meminit Cicero lib. 12. ad Atticū, C. Pisonis consulis & legis Calpurniæ de ambitu ab ea latæ Pædianus in Cornelianam, scribit etiam de his Valerius lib. 4.

M. Lepidus. L. Volcatius.

688

MAn. Lepidum, L. Torquatum mendosè suggerit Casio-

Cassiodorus, Fasti Græci Volcatii Tullum, Dio L. Tullum Aimylius Lepidum. Salustius in Catilina L. Tullum, M. Lepidum Pédianus in Cornelianam, M. Lepidum, L. Volcatium. Cicero pro Sulla, L. Volcatium Tullum ita ut fit, M. Aimylius Lepidus, & L. Volcatius Tullus.

689 *L. Cotta. L. Torquatus.*

In hunc annum designati consules erant L. Autronius Pætus, (ut est in triumpho tabula Capitolina, non Autronius ut vulgò legitur) & P. Cornelius Sulla. Qui cum ambitus damnati poenas dedissent, in eorum locum facti sunt qui eos accusauerant, L. Aurelius, M. F. Cotta, & L. Manlius, L. F. Torquatus, Salustio, Dione, Pédiano in orationem pro Cornelio, in toga candida, & Tranquillo in Cæsarem auctoribus.

690 *L. Cæsar. C. Figulus.*

Consules insequens annus habuit auctore Cassiodoro, & Pédiano, & Siculis Fastis L. Cæsarem & C. Figulum, quos Dio vocat L. Cæsarem, C. Martium, C. F. Figulum. Cicero pro Sulla L. Iulium, C. Figulum, item que Salustius in Catilina, L. Iulius Cæsar eius Iulij filius est, qui bello Marsico consul fuit.

691 *M. Cicero. C. Antonius.*

Consules hoc anno fuerunt M. Tullius, M. F. Cicero, & C. Antonius, M. F. Dione libro 37. Cassiodoro, Salustio in Catilina, L. Licinium, L. F. Murænam edit. Eutropius D. Junium Silanum, & L. Licinium, L. Muræna filius est eius qui de Mithridate propr. triumphavit, ut ait Cicero pro ipso Muræna ambitus reo. His comitijs iterum repulsum tulit L. Sergius Catilina, cuius dolore ad coniurationem exarsit, & Ser. Sulpitius Rufus Iuriconsultus qui post Murænam ambitus accusavit.

692 *D. Silanus. L. Muræna.*

Consules subsequenti sunt D. Silanus, L. Muræna, auctore cum Siculis Cassiodoro & Salustio. Dio D. Iunium, M. F. Silanum, L. Licinium, L. F. Murænam edit. Eutropius D. Junium Silanum, & L. Licinium, L. Muræna filius est eius qui de Mithridate propr. triumphavit, ut ait Cicero pro ipso Muræna ambitus reo. His comitijs iterum repulsum tulit L. Sergius Catilina, cuius dolore ad coniurationem exarsit, & Ser. Sulpitius Rufus Iuriconsultus qui post Murænam ambitus accusavit.

693 *M. Pupius. M. Valerius.*

Cassiodorus hoc anno consules subiecit M. Pupium, M. Valerium, Pisonem & Messalam Fasti Siculi. Dio M. Pupium M. F. Pisonem, & M. Valerium, M. F. Messalam Nigrum. Messala Nigri etiam est mentio apud Pédianum in oratione pro Scauro, M. Messala, & M. Pisonem apud Plinium lib. 7. cap. 26. lib. 37. cap. 2. lib. 8. cap. 26. Cæsarem lib. 1. de bello Gallico. De M. Pisonem etiam Pédianus in Pisonianam.

694 *Q. Metellus. Q. Afranius.*

Consules edit in hunc annum Cassiodorus cum Siculis, Q. Metellum, L. Afranium, item Obsequens, & Cicero libro primo Epist. ad Atticum. Dio L. Afranium, L. F. Q. Cæcilium, Q. F. Metellum celerem. Vterque horum Pompeij opera cõsularum, teste Dione, consecutus est, eius enim legati ambo fuerunt in Asia.

695 *C. Cæsar. M. Bibulus.*

Cæsarem, M. Bibulum in hunc annum consules comparant cum Siculis Cassiodorus, Suetonius & Epitoma. C. Iulium, C. F. Cæsarem. M. Calpurnium Dio, C. Iulium Cæsarem Calpurnium Bibulum Plutarchus & Appianus, quanquam hic ut & Orofius & Eutropius L. Bibulum vocat, Cæsaris & Bibuli meminit Cicero ad Lentulum libro 1.

696 *L. Piso. A. Gabinus.*

Pisonem, A. Gabinium, in hunc annum consules edunt Cassiodorus & Fasti Siculi. L. Calpurnium, L. F. Pisonem, A. Gabinium, A. F. Dio, L. Pisonem, A. Gabinium, Cæsar, Cicero, Plutarchus & Cassiodorus. Meminit horum Cæsar libro 1. de bello Gallico, Plutarchus

in Catone minore. Cicero in Pisonem, pro Sextio. Pisonem Cæsonium vocant Cicero & Pédianus, quo nomine etiam avus eius usus est, ut apparet in Capitolinis tabulis anno DCVI.

P. Lentulus. Q. Metellus.

697

Consules subsequuntur in hunc annum apud Cassiodorum & in Fastis Siculis P. Lentulus, Q. Metellus, apud Dionem P. Cornelius, P. F. Lentulus Spinther, Q. Cæcilius Q. F. Metellus nepos. Horum meminit Valerius li. 9. Lentulus, in quiens, & Metellus in consularum collegio ambo in scena propter similitudinem histrionum spectati sunt, sed alter ex quodam asseclarum cognomen Spintheris traxit, alter nisi Nepotis à moribus accepisset, Pamphili Retarij, cui simillimus esse ferebatur, habuisset. De eisdem Cicero in prima Epistolarum, & in orationibus sæpissimè, Plinius libro 7. cap. 2. Plutarchus in Cicero, & alij omnes.

Cn. Lentulus. L. Philippus.

698

Consules suggerit Cassiodorus, Cn. Lentulum, L. Philippum. Fasti Siculi Marcellum & Philippum. Dio Cn. Cornelium P. F. Lentulum Marcellinum, L. Martium L. F. Philippum, Lentuli & Marcellini cons. meminit Cicero in Epistolis ad Lentulum, Martij Philippi cõsulis Plutarchus in Catone. Cn. Lentulus eius P. Lentuli filius est, qui fuit M. Marcelli filius, à P. Lentulo adoptatus, ut ait Cicero in Bruto. Est autem Marcellinus non Claudianus appellatus, ut intelligeretur ex qua Claudio familia ortus est.

Cn. Pompeius. M. Crassus.

699

Cum C. Catonis tribuni plebis intercessionibus comitia tollerentur, senatus vestem mutavit. Consules ex interregno facti sunt, Cn. Pompeius, M. Crassus iterum, ut Plutarchus, Dio, & Appianus auctores sunt, L. Domitius Ænobarbus, quem Cato ac boni omnes deducebant, foro pervim pulsus, Cato ipse vulneratus est. Hos consules Dio vocat Cn. Pompeium, Cn. F. Magnum I. L. M. Licinium P. F. Crassum II, quorum Pédianus, Eutropius, Fasti Siculi, & alij, meminerunt.

Appius Claudius. L. Domitius.

700

Dio lib. 39. Anno urbis condita DCC. Varronis supplicationem secutus, consules edit, App. Claudium App. F. Pulchrum, & L. Domitium Cn. filium Ænobarbum. Cassiodorus & Obsequens, App. Claudium, L. Domitium memorant, quos Siculi Fasti nominant Pulchrum & Ænobarbū. Pédianus in oratione pro Scauro, L. Domitium Ænobarbum, App. Claudium Pulchrum. L. Domitij Cn. F. Ænobarbi meminit quoque Cælius in 8. Epistolarum.

Cn. Domitius. M. Messala.

701

In hunc annum consularum petierunt magna contentione atque ambitu C. Memmius, Cn. Domitius, M. Messala, M. Scaurus, ut scribit Cicero ad Q. fratrem. Facti autem sunt ex interregno, septimo huius anni mense, M. Messala & Cn. Domitius, qui ne tum quidem creati fuissent, nisi Q. Pompeius Rufus, trib. plebis, qui intercessionibus comitia tollebat, ex senatus consulto in carcerem coniectus fuisset, atque idem se de ceteris facturum, qui comitia impedissent, senatus ostendisset. Hæc Dio. Appianus octo menses rempub. sine magistratibus fuisse. Plutarchus in tanto rerum discrimine legem à Lucilio trib. plebis latam de dictatore Cn. Pompeio creâdo, qui rempub. constitueret scribit, ac Catone pugnante nihil effectum. Dio non solum de dictatore, sed etiam de Tribunis militum consulari potestate creandis mentionem à trib. pleb. illatam ait, consules autem Messalam & Calvium, Pompeio annitente esse creatos, que eadem cognomina in Fastis etiam Siculis prodita sunt, Cn. Domitius Calvius, M. F. M. N. in Capitolinis tabulis scribitur anno DCCVIII. & DCCXVII.

D 2

Cn. Pom.

702 *Cn. Pompeius. Q. Metellus.*

Quum propter potentissimorum competitorum con-
tentiones Kalen. Ianuarij consules adhuc creati non
essent, facto in M. Bibuli sententiâ Senatûsconsulto Cn.
Pompeius ab interrege Seruio Sulpitio v. Kalend. Mar-
tij coll. iij. sine collega primus creatus est, statimque con-
sulatum iniit. Verum vt inuidiâ vitaret, in quinque men-
ses extremos. Q. Cæcilium Metellum Pium Scipionem
focerum sibi collegam surrogauit. Hæc Pædianus in Mi-
lonianam, Plutarchus, Appianus, & Dio. Hic Metellus
Pius Scipio, P. Cornelius Scipio Nasica dicebatur, Nasica
Scipionis filius, qui à Q. Metello Pio adoptatus, Q. Cæ-
cilius, Q. F. Q. N. Metellus Pius Scipio vocatur à Cælio in
epistolis familiaribus.

703 *Mar. Marcellus. Ser. Sulpitius.*

In hunc annum consules creati sunt Mar. Marcellus,
Ser. Sulpitius, authore Casiodoro, Plutarcho, Appia-
no, quos Fasti Siculi vocant Rufum & Marcellum. Dio
Seruum Sulpitiû, Q. F. Rufum, M. Claudium, M. F. Mar-
cellum. Eorum consulatum meminit etiam Suetonius in
Cæsare, Cicero in Epistolis, & Epitoma ex viii. Hic Mar-
cellus eius Marcelli qui anno sequenti consulatum gessit
patruelis, eius verò qui cum Lentulo biennio post, frater
germanus, vt ex Verrio Flacco, Dione, & Suetonio intel-
ligitur.

704 *L. Paulus. C. Marcellus.*

Inde L. Paulus, C. Marcellus, consules subsecuti sunt,
authore cum Siculis Casiodoro, Dione, Suetonio, &
Hirtio lib. 8. Horum alter L. Æmylius, M. F. Paulus à Dio
ne, alter C. Claudius C. F. Marcellus à Cicerone in Episto-
lis nominatur. Dio hunc ab alijs *ἀντιπρόσ*, ab alijs *ἀντιπρόδ*,
M. Marcelli traditum, Suetonius patruelem fuisse aperte
scribit.

705 *L. Lentulus. C. Marcellus.*

Hic annus consules habuit L. Lentulum, C. Marcel-
lum, autor Casiodorus, Appianus, Plutarchus, Hir-
tius, Florus, Cicero in Epistolis. Dio hos consules vocat,
L. Cornelium P. F. Lentulum, C. Claudium M. F. Marcel-
lum. In fragmentis Capitolinis est etiam C. Claudius M.
F. M. N. Marcellus. Hic est L. Lentulus Crus, qui authore
Cælio prioribus comitijs repulsam tulit, Flamen Martia-
lis dictus à Cicerone in Vatiniûm.

706 *C. Cæsar. P. Seruilius.*

Dictatore Cæsare extremo superioris anni tempore
comitia habente consules creantur, C. Julius, C. F.
Cæsar, & P. Seruilius P. F. Isauricus. Is enim erat annus,
quo per leges ei consulere fieri liceret. Ita enim in eius com-
mentarijs libro 3. ipse, Dio lib. 41. Plutarchus, Tranquil-
lus, Appianus & Casiodorus tradunt. Legem autem in-
relligit eam qua vetebatur, ne quis intra decem annos
iterum cõsul fieret, P. Seruilius, P. Seruilius fuit filius, eius
qui primus Isaurici cognomẽ inuenit, qui hoc anno con-
sulatum Romæ, Cæsare in Macedonia rem gerente, admi-
nistravit.

707 *Q. Fufius Calenus. P. Vatinius.*

Populus Romanus (inquit Dio) audita Cn. Pompeij
cæde, enixè operam dedit, vt Cæsari victori honorifi-
centissima decreta fierent. Ergo consulatum in quinque
deinceps annos, dictaturam, non in sex menses, vt antè,
sed in annum, tribunitiam potestatem in perpetuum ei
mandauit. Cæsar autem quamuis extra Italiam esset, di-
ctaturam statim iniit, cum magistrum equitum, M. An-
tonium nondum Prætorium sibi subrogasset. Ex tabulis
Capitolinis, Dione, Plutarcho, & Cicerone I. I. Philippi-
ca. Quo autem titulo hanc dictaturam & sequentes Cæ-
sar cepit, M. Antonius in Cæsaris laudatione apud Dio-
nem ostendit. In qua ille Dictatorem aduersus hostes Cæ-
sarem creatum ait. Ergò rei gerendæ causâ factus fuit,

Aliam etiam ob causam Cæsarem dictaturam accepisse
constat, ea fuit, vt illa potestate, quæ summa erat, omne
ad se vnum ius reipub. traheret, quod antè multorum e-
rat. Cæterum hoc anno ineunte addit Dio nullos, neque
prætores, neque consules designatos fuisse. M. enim An-
tonius magister equitum, purpurea veste, & sex licetiorib.
vñs speciem quandam antiquæ libertatis referebat. Is
paulò post vrbe profectus, Præfectû vrbis reliquit, L. Cæ-
sarem senem, quod nunquam antea factum fuerat à ma-
gistro equitum. Cæterum exitu anni Ægypto recepta, re-
ge Ptolemæo occiso, Pharnace Ponti rege victo, consules
creati sunt, Q. Fufius Q. F. Calenus, & P. Vatinius P. F.
quos tabulæ Capitolinæ & Casiodorus edunt. De P. Va-
tiniio consule mentionem facit Macrobius lib. 2.

C. Cæsar. M. Lepidus.

708

Consules tantum sine Dictatore hoc anno edit in ta-
bulis Capitolinis, Verrius Flaccus, & C. Iulium Cæ-
sarem III. & M. Aemilium Lepidum, Lapis Colatianus,
de quo hic Onuphrius. Dio verò libro 43. Postero verò
anno (inquit) Dictaturam quoque vñâ cum consulatu
vtrumque tertium gessit, collega sibi in vtroque magistra-
tu coopato M. Aemilio Lepido. Idẽ sentire videtur Tran-
quillus in Cæsare cap. 76. Item Hirtius libro quinto. Cæ-
terum cum Hirtio Tranquillum & Dionem errasse existi-
mat Onuphrius. Nam cum tabulis Capitolinis, Plutar-
chus quoque & Eutropius cõsentiant, qui Cæsarem hoc
anno consulem tertium cum M. Lepido: Dictatorem ve-
rò iterum scribunt.

C. Cæsar. Q. Maximus.

709

Cæsarem Dictatorem III. cum M. Lepido magistro
equitum in hunc annum produunt ij, qui tabulas Ca-
pitolinas exararunt, à quibus dissentit Dio, qui hoc an-
no Cæsarem Dictatorem III. Lepidum magistrum equi-
tum II. tradit, atque ipsum Lepidum in consulatu, quem
cum Cæsare gessit, seipsum magistrum equitum contra
leges renunciaisse. Hæc de Dictatore. De consulibus verò
in indice Dionis scriptum extat, in eundem annum Cæ-
sarem dictaturam quartam, & consulatum quartum sine
collega gessisse, ac apparet in ea historia Cæsarem quartum
consulatum statim iniisse, neque tamen vsque ad extre-
mum annum gessisse. Verum vbi in vrbe ex Hispania
venerit, abdicasse, ac Q. Fabium Maximum, & C. Trebo-
nium sibi in reliquum anni suffecisse. Cum Dione cõueni-
unt ea quæ in fragmentis Capitolinis scripta sunt, in
quibus videre est Cæsarem III. consulem fuisse, idque si-
ne collega, vt Sigonius interpretatus est. Nam & Fasti
Cuspiniani cum Siculis Cæsarem etiam III. consulem
solum produunt. Appianus item & Plutarchus memine-
runt Cæsaris, qui III. cõsul designatus in Hispaniam du-
xit exercitum, Q. Fabium trimestrem consulem vocat
Suetonius. Addit præterea Dio, Cæsarem mortuo Q. Fa-
bio consule vltimo anni die in reliquas horas, C. Canniũ
consulem declarasse. De qua re Cicero lib. 7. ad Curium,
Macrobius lib. 2. Saturnal. Tacitus lib. 18. Plinius libro 7.
Suetonius in Cæsare meminerunt.

C. Cæsar. M. Antonius.

710

Dio in hunc annum Cæsarem dictatorem v. cum M.
Æmylio Lepido magistro equitum edit, tabulæ au-
tem Capitolinæ eum dictatorem IIII. profitentur. Eun-
dem se cum M. Antonio consulem creasse Dio & Appia-
nus scribunt. Item in hunc annum Cæsarem v. & M. An-
tonium, prodit cum Fastis Siculis Casiodorus. Eorum
meminit quoque libro 1. Macrobius. In Capitolinis præ-
terea & Colotianis tabulis scriptum est, C. Cæsare v. cum
M. Antonio M. F. consulem fuisse. Cæsari autem suffe-
ctum P. Cornelium P. F. Hic autem fuit P. Cornelius
Dolabella, quem etiam Cæsar, si vixisset, sibi fuit substi-
tuturus. Tradit Plutarchus Cæsarem v. consulem, M. An-
tonium sibi collegam cooptrasse, cum autem sibi Dola-
bellam sufficere veller, eaque de re ad senatum retulisset,
Anto-

Antonium oratione obstitisse, post autem cum iterum Cæsar renunciari Dolabellam consulem insisset, obnunciantem Antonio, Cæsare incepto destitisse. Interfecto autem Cæsare, Antonium, scribit Dio, Dolabellam collegam sibi adiunxisse, verum, ne seditio oriretur, si eum repudiasset. Appianus Dolabellam Cæsare occiso, statim ait iniisse. Idem Velleius. Et hoc quidem anno C. Cæsar conspiratione in eum facta, cuius capita fuerunt M. & D. Brutus, C. Trebonius & C. Cassius, Idibus Martij, in curia Pompeij dum senatum haberet, tribus & viginti vulneribus confossus est, occupatumque ab intersectoribus eius Capitolium, & C. Octavius sororis Cæsaris nepos, testamento Cæsaris hæres ex parte, dimidia institutus, & in nomen adoptatus Romam venit ex Epiro, quo eum Cæsar promiserat bellum Parthis illaturus, omnibusque prosperis ex testamento nomen Cæsaris assumpsit.

711 *C. Pansa. A. Hirrius.*

Dio, Cassiodorus, & cæteri, consules in hunc annum proficentur, C. Vibium Pansam Capronianum, & A. Hirrium, A. F. Liber Cuspinianum Cretonianum & Hirrium edit. Ex qua re intelligi potest Cretonianum cognomen Pansæ fuisse, fortè corruptum pro Caproniano. C. Vibius C. F. & A. Hirrius A. F. dicuntur in tabula Colotiana. Hirrius vnus extitit ex filijs proscriptionum à Sulla, quos Cæsar, vt tradit Dio, ad honores euexit. Hi & sequentis anni consules antè à Cæsare designati fuerunt, quam interficeretur. Ex his Hirrium in prælio ciuili Mutinensi contra Antonium, Pansam verò aliquot diebus post ex vulnere in eodè bello accepto. Bononiæ mortuos, Dio, Appianus, & alij referunt. In locum Pansæ XIII. Kalend. Septem. huius anni C. Octavius successus est, qui in Hirrij locum collegam sibi Q. Pedium cooptauit.

712 *M. Lepidus. L. Plancus.*

Cassiodorus cum Fastis Siculis consules subijcit, M. Lepidum, L. Plancum. Dio, M. Æmylium Lepidum et L. Munatium, L. F. Plancum. Horum meminit Suetonius in Tiberio, cum ait: Tiberium M. Æmylio Lepido et L. Munatio Planco cons. post bellum Philippicè natum. In hunc autem etiam annum consules iam antè à Cæsare designati fuerant, auctore Dione, D. Brutus & L. Plancus, verum Bruto priore anno lege Pedia damnato, ac post occiso & occupata à triumuiris repub. placuit, M. Lepidum triumuirum, qui antea etiam cum Cæsare III. cons. fuerat, cum Planco, qui & ipse secutus Antonium, à Repub. desciuera, consulatum administrare. Cæterum Brutus ipse à Plutarcho, Appiano, Dione, Zonara, Albinus vocatur, credo quòd à Brutis fuerit in Albinos adoptatus. Hoc anno bello ciuili Philippensi Brutus & Cassius interfecti sunt, vt auctores sunt Dio, Plutarchus, Appianus, & alij.

713 *P. Seruilius II. L. Antonius.*

Consules in hunc annum comparant tabulæ Colotianæ, Dio & Cassiodorus, L. Antonium, M. F. Pietatem, P. Seruilium, P. F. Iauricum II. Horum consulum in Tiberio meminit Suetonius, Pub. Seruilius primū consul fuit cum Cæsare II. cuius patrem Iauricum paulò antè mortuum fuisse Dio & Eusebius tradunt. L. Antonius à Dione Pietas dicitur, quòd consul vnà cum Fulvia Marci fratris vxore repub. eo animo tractauerit, quasi pro fratre III. viro laboraret, atque propter pietatem illam cognomen Pietatis sibi vendicauit.

714 *Cn. Domitius. C. Asinius.*

Tabula Colotiana, Dio & Cassiodorus, consules in hunc annum comparant, Cn. Domitium, M. F. Caluinium II. C. Asinium, Cn. F. Pollionem. Horum meminit Iosephus antiquitatum libro 14. cap. 23. Exitu autem anni hos consules se magistratu abdicasse scribit Dio: aliosque consules in paucos dies successos esse, quorum vnus fuit L. Cornelius Balbus Gaditanus. Quare in tabu-

la Colotiana successi consules notati sunt L. Cornelius L. F. P. Canidius L. F. De P. Cornelio Balbo consule, Plinius lib. 7. cap. 43. & Velleius lib. 2.

L. Censorinus. C. Caluifius. 715

Consules suggerit Cassiodorus L. Censorinum, C. Caluifium, Censorinum & Sabinum Fasti Siculi. Dio L. Martium, C. Sabinum, C. Caluifius, C. F. Sabinus dicitur à Dione in indice, quaquam Asinius ibi vulgò per mendam legitur.

Ap. Claudius. C. Norbanus. 716

Consules subsecuti sunt Appius Claudius, C. Norbanus, vt ait Cassiodorus: vt Fasti Siculi, Censorinus & Sabinus, vt Dio, App. Claudius C. F. Pulcher, C. Norbanus C. F. Flaccus. De T.edio Afro consule successo designato, qui antequam iniret, se ipse precipitauit, minis C. Cæsaris exterritus, vide Tranquillum in Augusto.

M. Agrippa. L. Caninius. 717

M Agrippam, L. Caninium consules suggerit Cassiodorus, Agrippam & Gallum Fasti Siculi. Dio M. Vipianum L. F. Agrippam, L. Caninium, L. F. Gallum. M. Agrippam & C. Canidium Gallum consules edit Iosephus lib. 15. antiquitatum, Vipianum item Agrippam vocat Nepos in vita Atrici. In Capitolinis lapidibus, alijsque veteribus Romæ monumentis gentile nomen eius præteritur, vt in fronte templi quod Pantheon dictum est, M. Agrippa L. F. cons. tertium. Meminit etiam de Agrippa Tacitus lib. 1.

L. Gellius. M. Cocceius. 718

Cassiodorus consules in hunc annum proficentur L. Gellium, M. Cocceium: Poplicolam & Neruam Fasti Siculi. Dio L. Gellium L. F. Poplicolam, M. Cocceium Neruam. Ex Capitolinis fragmentis apparet L. Gellium L. F. L. N. esse, L. Gellius frater proditur à Dione M. Valerij Messalæ. Est enim is, cui à M. Bruto venia antè data est, ex quo intelligi potest, Poplicolam cognomen esse adoptionis, non enim Gellij sed Valerij Poplicolæ cognomen tulerunt. Eundem Gellium abdicasse, in eius locum alterum successum eadem fragmenta docent. Is fortè fuit L. Munatius L. F. L. N. Plancus, quem Plinius lib. 13. cap. 3. bis consulem fuisse ait, neque quo anno iterum fuerit reperias.

Sext. Pompeius. L. Cornificius. 719

Sext. Pompeium, L. Cornificium consules prodit in hunc annum cum Siculis Cassiodorus, L. Cornificium L. F. Sextum Pompeij. Sext. F. Dio. Hoc anno Sext. Pompeius Cn. F. occisus est.

M. Antonius. L. Scribonius Libo. 720

Consules suggerit Cassiodorus L. Scribonium, L. Atratinum. Antonium & Libonem Fasti Siculi: M. Antonium M. F. II. L. Scribonium L. F. Libonem Dio. Adijcit idem Dio M. Antonium III. virum magistratu ipfis Kalend. Ianuarijs se confestim abdicasse, ac sibi L. Sempronium Atratinum successisse, multosque propterea esse, qui non Antonium, sed Atratinum cum Libone consules hoc anno edant. Consules quoque in anni partè successos inuenitur apud quosdam Fastorum municipalium auctores: Sanè etiam Pauli Æmilij consulis in parte anni meminit Dio, eumque porticum suis sumptibus edificasse ait, & in consulatu dedicasse.

C. Cæsar. L. Volcatius. 721

Cassiodorus, C. Cæsarem, L. Volcatium consules suggerit. Dio Cæsare II. L. Volcatium L. F. Tullum. Qui Siculos Fastos digesserunt, parum scitè Cæsarem & Cicronem in hunc annum edunt. De hoc Cæsaris consulatu Suetonius, & Dio, commemorantes quòd eum paucissimis horis gesserit: vt antè quoque fecerat Antonius. In locum Cæsaris facti L. Antonius multique alij in parte

anni qui in libro veterum inscriptionum hoc modo numerantur.

*Imp. Cæsar II. L. Volcatius: K. Ian. L. Antonius.
K. Maij L. Flavius: K. Julij. M. Atilius. C. Fonteius.
K. Sept. L. Vinutius. K. Octob. L. Lanonius.*

L Flauij consulis à M. Antonio facti & abdicati meminertiam Dio.

722 *Cn. Domitius. C. Sotius.*

CN. Domitium, C. Sotium, cōsules nominat in hunc annum Cæsiodorus. Ænobarbum & Sotium Fasti Siculi. Dio Cn. Domitium Cn. F. Cn. Nep. Ænobarbum. C. Sotium C. F. C. N. Nepos scribit Atticum Cn. Domitio C. Sotio consulis mortuum.

723 *C. Cæsar II. M. Messala.*

Cæsiodorus C. Cæsarem II. M. Messalam consules in hunc annum proficetur. Fasti Siculi Octavianum & Coruinium. Dio Cæsarem III. M. Valerium M. F. Messalam Coruinium & recte, neque enim Cæsiodorus rationem habet consularatus eius, quæ cum Q. Pedio gessit, quia suffectus fuit. Dio autem & Appianus authores sunt Cæsarem & Antonium ambos III. in hunc annum consules comparatos fuisse, tum cum pace cum Sext. Pompeio facta consules in octo annos insequentes designarunt, verum abrogatum fuisse priore anno ei à populo consularum, & bellum vnà cum Cleopatra indictum, ac pro eo M. Messalam consulem declaratum. De suffectis hoc anno consulis sic in veteribus inscriptionibus:

*Imper. Cæsar III. M. Valerius. Kal. Maij M. Titius.
Kal. Octobrib. Cn. Pompeius.*

724 *C. Cæsar III. M. Crassus.*

Cæsiodorus consules in hunc annum nominat C. Cæsarem III. M. Crassum: Fasti Siculi Octavianum & Crassum, Dio Cæsarem III. M. Licinium, M. F. Crassum. Orofius item notat Cæsarem VI. Imperatorem appellatum cum M. Lulio Crasso cos. fuisse. De consulis suffectis M. Licinio sic in veteribus inscriptionibus:

*Imper. Cæsar III. M. Licinius: Kal. Julij C. Antistius.
Id. Septemb. M. Tullius: Kal. Nouem. L. Senius.*

725 *C. Cæsar IIII. Sext. Apuleius.*

Consules apud Cæsiodorum C. Cæsarem IIII. Sext. Apuleius, apud Dionem Cæsarem v. Sextus Apuleius Sext. F. In Fastis Siculis Octavianus & Apuleius. In veteribus inscriptionibus, Imp. Cæsarem v. Sext. Apuleius. Hunc annum vocat Dio ab vrbe condita 725. De Cæsare v. consule extat epigramma eiusmodi verus:

*Senatus populush Romanus Imp. Cæs. Diui Julij F. Cos.
Quinc. Cos. Desig. Sex. Imp. Sept. Respub. conseruata.*

726 *C. Cæsar V. M. Agrippa II.*

Cæsiodorus in hunc annum consules nominat Cæsarem v. M. Agrippam II. Orofius cū Siculis Fastis Cæsarem v. Agrippam II. Dio Cæsarem vi. M. Vipsanium Agrippam III. Est tamen legendum II. vt admonet Sigonius, vt sit sequenti anno III. Hoc indicat inscriptio repli, q. ipse fecit, & Pantheon nominauit, M. Agrippa L. F. tertium cōsul fecit, hoc enim repli Dio completum scribit biennio postq̄ consul fuit cū Cæsare VII. quo anno ipse tertium, nō quartum, cōsulatum gessit, alioquin in fronte repli inscripsisset quartum cōsul.

727 *C. Cæsar VI. M. Agrippa III.*

Inde Cæsarem v. I. M. Agrippam III. consules prodit Cæsiodorus, Cæsarem v. II. Agrippam III. Dio: quid verò de vtroque sentiendū, ex ijs quæ ante dicta sunt, apparet. In Fastis certe Siculis est Octavianus VII. & Agrippa III.

728 *C. Augustus Cæsar VII. T. Statilius.*

Consules Cæsiodorus suggerit Cæsarem Augustum VII. T. Statilius: Fasti Siculi Octavianum v. I. I. & Taurum. Dio Cæsarem Augustum VII. Seruilius Tau-

rum II. Fuit autem anno LXXVII. in parte anni primū consul, hic nunc est II.

C. Cæsar Augustus VIII. M. Silanus. 729

Deinceps Cæsarem Augustum VIII. M. Silanum Cæsiodorus consules subiecit. Dio & Fasti Siculi Augustum IX. M. Silanum: Fragmentum Capitolinum Imp. Cæsarem Augustum IX. M. Iunium Silanum.

C. Cæsar Augustus IX. C. Norbanus. 730

Cæsarem Augustum IX. C. Norbanum, consules suggerit in hunc annum Cæsiodorus. Augustum X. & Flaccum Fasti Siculi. Augustum X. C. Norbanum Flaccum, Dio & Capitolinum fragmentum: Norbanus C. Norbani consulis anno 716. esse videtur, neque enim iterati honoris notam habet.

C. Cæsar Augustus X. Cn. Piso. 731

Cæsarem Augustum X. Cn. Pisonem consules Cæsiodorus, Augustum XI. & Pisonem Fasti Siculi Augustum XI. Cn. Calpurnium, Cn. F. Pisonem Dio subiecit. Ex fragmento autem Capitolino apparet Augustum XI. A. Terentium Varronē Murenā vnā iniisse: Murenā mortuum in magistratu, in eius locum factum esse Cn. Calpurnium Pisonem, & Augustum abdicasse.

M. Marcellus. L. Arruntius. 732

Consules vt ait Cæsiodorus, hic annus habuit M. Marcellum, L. Arruntium: vt Dio, M. Claudium, M. F. Marcellum Æserinum L. F. In Capitolino lapide hi consules ita descripti sunt, L. Arruntius L. F. L. N. M. Claudius, M. F. M. N. Ex quibus intelligi potest, in Fastis Siculis parum scite consules suggeri Octavianum XII. & Arruntium: Hoc anno Fannij Cæpionis & Varronis Murenæ coniuratio in Augustum patefacta, ades Iouis Tonantis dicata est, Dio.

M. Lollius. Q. Lepidus. 733

Lapis Colotianus & Cæsiodorus, consules in hunc annum proficentur, Q. Emilius Lepidus & M. Lollius. Dio scribit: Cū Augustus in Sicilia esset, populus Romanus in comitijs consularibus seditionem excitauit. Nam M. Lollius solus iniuit, quod locus alter Augusto seruabatur, quo recusante Q. Lepidus creatus est.

M. Appuleius. P. Silius. 734

Consules in hunc annum subsequuntur apud Cæsiodorum M. Appuleius, P. Silius, apud Dionem M. Appuleius Sext. F. P. Silius, P. F. Nerua. In Fastis Siculis Appuleius & Nerua.

C. Sentius. Q. Lucretius. 735

Lapis Colotianus, Eusebius de temporibus, Dio, Cæsiodorus, consules edunt, C. Sentium, C. F. Saturninum & Q. Lucretium, Q. F. Vispillonem. Sentio autem Saturnino consulem suffectum, in fragmento Colotiano legitur, M. Vinucium, M. F. Velleius Vinucio collegam addit Agrippam. Hoc anno finito primo decennio, quo Augustus primò Censoriam potestatem cum Agrippa susceperat, iterum præfectus moribus à populo in quinquennium creatus est, ac Censoriam potestatem in idem tempus accepit, consularē in perpetuum, ita vt semper & vbique ei duodecim fasces præferrentur, ac inter cōsules assideret.

Cn. Lentulus. P. Lentulus. 736

Publius Cornelius P. F. Lentulus Marcellinus, & Cn. Cornelius, L. F. consules suggerunt à tabula Colotiana, Dione, & Cæsiodoro: Hoc anno M. Agrippa Tribunitiam potestatem à S. P. Q. R. ex autoritate Imperatoris Cæsaris Augusti in quinquennium adeptus est.

C. Furnius. C. Silanus. 737

Caius Furnius, C. Silanus deinceps consules sequuntur apud Cæsiodorū: C. Furnius C. F. C. Iunius C. F. Silanus apud Dionē. In fragmento aut Colotiano C. Furnius C. F. C. Iun. C. Furnio & C. Iunio Silano consulis Indos seculares quintos factos esse ab Augusto, tradit Cæforinus & Dio.

738 *L. Domitius. P. Scipio.*

Lvcium Domitium, P. Scipionem consules suggerit Casiodorus: Ænobarbum & Cornelium Fasti Sicuti. L. Domitium Cn. F. L. N. Ænobarbum, P. Cornelium P. F. P. N. Scipionem, Dio, & tabula Colotiana, in qua P. Cornelio suffectus est, L. T. a. id est, Tarius. His consilibus solenne quinquennale actum scribit Dio, ob imperium Augusti Agrippa vno ex quindecim viris curante.

739 *M. Drusus. L. Piso.*

Deinde M. Drusum L. Pisonem consules nominat Casiodorus. Libonem & Pisonem Fasti Siculi. M. Liuium L. F. Drusum Libonem, L. Calpurnium L. F. Pisonem Dio: M. Drusum M. F. L. . . . fragmentum Colotianum.

740 *Cn. Lentulus. M. Crassus.*

Cneium Lentulum, M. Crassum, insequens annus consules habuit, authore cum Siculis Casiodoro. Quos Dio vocat M. Licinium, M. F. Crassum, Cn. Cornelium Cn. F. Lentulum, fragmentum autem Colotianum, M. Licinium M. F.

741 *T. Nero. P. Quintilius.*

Tib. Nero, P. Quintilius consules hoc anno fuerunt, apud Casiodorum. Nero & Varus in Fastis Siculis. Quos Dio nominat T. Claudium Tib. F. Neronem, P. Quintilium Sex. F. Varum. Fragmentum Colotianum, Tib. Claudium, T. F. Tiberium primum consulatum paucis diebus gessisse, authore est Suetonius. Hic est enim Tib. Nero, Augusti priuignus, qui mortuo Augusto imperium obtinuit, cum ante ab eo fuisset adoptatus.

742 *M. Messala. P. Sulpitius.*

Messalam, P. Sulpitium, consules suggerit Casiodorus, Messalam & Quirinum Fasti Siculi. M. Valerium M. F. Messalam Barbatum. P. Sulpitium P. F. Quirinum Dio, de quibus Suetonius in Claudio, & Tacitus lib. 3. Porro hic est Sulpitius Quirinus, qui consularis dicitur à Iosepho lib. 17. antiquitatum, cap. 1. Syria legatus. Quo tempore Dominus noster Iesus Christus Redemptor & Saluator generis humani natus est. De quo S. Lucas mentionem facit, cum ait: hæc descriptio prima facta est

Hæc sumente Historia Liuiana, cuius gratia confectio huius Chronologiae suscepta est, hæc quoque finem accipit.

FRANCISCI ROBORTELLI VTI NENSIS DE CONVENIENTIA SUPPUTATIONIS

Liuianae ann. cum marmoribus Romanis, quæ in Capitolio sunt.

A REGIBVS VSQVE AD COSS.

INTER Liuium & Dionysium videtur dissenso esse, nã Dionysius ait anno CCXLIII. Consules primum post exactos reges creati cepisse. Apud Liuium autem sub finem libri 1. scriptum est, reges Romæ regnasse annis CCXLIII. Ideo Sigonius orditur Liuianam Chronologiam suam ab anno CCXLV. Marmorum verò Romanorum siue Fastorum Capitolinorum supputationem orditur ab anno CCXLIII. Ita fit, vt differat anno vno. Ego eas inter se consentire existimo, & ostendo Sigonium deceptum esse, ac pueriliter omnia scribere. Primum illum annum quo creati sunt cōsules, Romæ post exactos reges scribit Dionysius quatuor mensium fuisse extremum, sed continuatum vsque ad initium insequentis: ita completum annum spacio XVI. mēsum. Cum Halicarnasseo autem consentiunt & marmora Romana, nam etiã ipsa ordiuntur ab anno CCXLIII. Etsi enim fracta sunt eo loco, ex numero tamen annorum, qui postea adnotatus videtur, id colligi potest. Liuius annos, quibus Romæ regnatum fuit, ita enumerat:

à præside Syria Quirino. His consilibus alios suffectos indicat Lapis Colotianus, in quo est ita:

M. Valerius M. F. C. Valgius C. F. Suff. C. Caninius.

IN Fastis etiam Cuspiniani ita hi consules suis nominibus efferuntur.

Messala Quirino. Rebilus Saturnino.

Maxima Tuberone.

EX quo apparet Rebilum & Saturninum Caninij & Valgij cognomina esse. Ex fragmento autem Capitolino patet Æmylianum Valerij, Rufum Valgij, Rebilum Caninij fuisse cognomina, atque vt Valerio Rufum, sic Rufo Rebilum esse subrogatum. Rebili & Saturnini in Fastis Siculis extat etiam memoria.

Paulus Fabius. Q. Ælius.

Paulum Fabium, Q. Ælium, consules prodit in hunc annum Casiodorus, Paulum Fabium Q. F. Maximum, Q. Ælium Q. F. Tuberonem Dio: Maximum & Tuberonem liber Cuspiniani. Q. Ælij Tuberonis, P. Fabij Maximi, consulum sæpè meminit Frōtinus de aqueductibus, & Plinius lib. 8. cap. 7. Q. Tuberone Fabio Maximo theatrum Marcelli dedicatum scribit.

Iulius Antonius. Q. Fabius.

Consules Iulium Antonium Africanum, Q. Fabium Cedit in hunc annum Casiodorus. Iulium Antonium Africanum, Q. Fab. Q. F. Maximum Dio. Africanum & Maximum Fasti Siculi & Cuspiniani. Dio, Iulium Antonij filium nominat.

Drusus Nero. T. Quintius.

Inde Drusus Nero, T. Quintius, apud Casiodorum. Nero Claudius Ti. F. Drusus, T. Quintius T. F. Crispinus apud Dionem. Drusus & Crispinus in Fastis Cuspiniani & Siculis. Hic Drusus T. Neronis frater, Augusti priuignus fuit, quem cōsili Germaniam mortuum, atque ipsum cum filijs Germanicum appellatum Dio tradit, quod cognomen ei primum senatum à prouincia imposituisse ait Eutropius. Atque sic Liuiana historia huius Drusi morte expletur.

Romulus regnauit ann. 37.

Interreges ann. 1.

Numa annos 43.

Tullus Hostilius annos 32.

Ancus annos 24.

Tarquinius Priscus annos 38.

Seruius Tullius annos 44.

Tarquinius Superbus annos 25.

Summa hæc, si numeres annos, quibus regnauit Priscus, 37. continebit annos 243. Sed Liuius ait duo de quadagesimo ferè anno, quod ita accipiendum est, vt numeres tantum annos 37. nam reliqui, qui supersuerant, menses connumerari ceperunt cum insequenti anno, qui fuit, vt ex Dionysio retuli mensium XVI. Sigonius in Chronologia Liuiana Prisco assignat annos 38. nec animaduertit Liuium scribere, duodequadagesimo ferè anno, quod ita debet accipi, vt paulò antè dixi. Ita nulla controuersia fuerit inter Liuium & Halicarnasensem, atque Romana marmora de annis regum, vsque ad primos consules.

A CONSULIBVS PRIMIS

vsque ad Decemuiros.

Quia supputatio Romanorum marmorum, & Halicarnasæi habet duos consulatus, anno scilicet 264.

D 4

& 265.

& 265, qui à Liuiò videntur prætermiffi, putat Sigonius difcrepare Liuium etiam à marmoribus Romanis, & ab Halicarnafleo annis duobus, qui additi ad illum primū conficiunt annos tres. Ita à primis confilibus vique ad decemuiros differunt inter fe fupputationes prædictæ, ff Sigonio credas, annis tribus.

Sed illi duo confilatus ann. 264. & 265. vbi de rebus à Coriolano gefis loquitur: omnino funt reponedi apud Liuium, nam culpa libratorum prætermiffi fuerunt, quo autem loco reponi debeat, ego facile perpexi: nam mutilus effe videbatur cõtextus. Id ab hinc paucis menfibus post omnes intelligent, cum legēt Liuium à me emendatum, & digeftum in annos, vñà cum Chronologia alia longè ratione cõfecta, quàm Sigonius confecit. Eft enim iam sub prælo, & inflant impreffores, vt quamprimùm edatur. Fuit enim neceffe, vt, ff, quatum in me est, ftudioforum antiquitatis commoditati confilere vellem, reiectis pluribus quàm mille in locis emendationibus Sigonij, eum priftino nitore redderem. Sed redeo ad rem. Nec me mouet Cafiodorus. Is enim fortasè aut fuo iudicio fuffulit, quem cæteri poftea fecuti funt, aut incidit in libros, in quibus omiffa illorum confilium fuerunt nomina. De numeris annorum, qui funt apud Liuium, nunc follicitus non fum, nam oftèdam poftea, quomodo fèfere habeat. A primis igitur confilibus vique ad decemuiros, nihil fuerit controverfæ inter Liuiam summam, & marmorum Romanorum atque Halicarnaflei. Quod inferi debeant illi duo confilatus in Chronologiam Liuiam patet ex eo, quod poftea ait Liuius anno trecentefimo altero primos decemuiros confilares iniiffe magistratum, & octauo anno post tribunos militares conf. pot. creatos, trecentefimo decimo: fi enim de medio tollantur illi confilatus, vt Sigonius cenfèt, aliam fupputationem Liuiam ftatuès ab ea, quæ eft Halicarnaflei, & marmorum Romanorum, quomodo ille numerus benè fèfe habeat?

Q Minutio, C. Horatio confilibus apud Liuium fcriptum eft, trib. pleb. decem factos effe ann. 30. post primos, qui creati fuerunt anno 260. conf. A. Virginio, & T. Veturio. Sed quia interfèri debent illi duo confilatus ann. 263. & 264. fcribe ann. 38. post primos, qui creati fuerunt: & ille annus 297. debet appellari.

Liuius ait decemuiros creatos App. Claudio, T. Cennatio conf. anno trecentefimo altero. Vide quàm rectè Liuiò cum marmoribus conueniat, nam trecentefimo altero tantundem eft, ac fi dicas CCCII. & hic modus loquendi non percipitur à Sigonio, putat enim fignificari CCCI. quod eft falium.

A DECENVIRIS VSQVE AD Tribb. mil.

Liuus annum primum decemuiroꝝ vocat CCCII. Poftea ait, octauo anno post tribb. militares iniiffe magistratum, trecentefimo decimo. In fua Chronologia Sigonius pagella 97. post fcholia Liuiana, ait: "Nul- lus eft locus apud Liuium, in quo minus quid rēquar, aut fentiam, poffim dicere, quàm in hoc, quem nunc tracto: eft enim neceffe annū interponere, vt numerorum Liuianorum fūmma conftet. Paulò pòft: Neque verò dici potest numerum pofteriorem effe mendosè, nam in omnibus vetuftis libris ita eft. Etsi cum numerum mutas, qui deinceps ab eo nominantur, omnes erunt mutandi, & mira numerorum orietur confufio. Miror autem Liuium in tam paucis annis rectè fupputationem tenere non potuiffe, & reliqua. Rifi cum primùm vidi laborantem hoc loco Sigonium. Dij boni, quàm defudat, nec tamen efficit quod vult. Liuium accufat etià ipfum. Sic folent indocti homines, cum fe extricare nefciunt. Ego trecentefimo altero affirmo idè fignificare ac CCCII. Sicque fæpè loqui folitos veteres, vt alibi demonstratum eft à me. Octauo anno pòft, ait Liuius, hoc eft, trecentefimo decimo Tribb. militares iniiffe magistratum. Re-

ctè fanè, nam fi ad CCCII. addas octo, erunt CCCX. Quid ais ó Sigoni? Vidè fne iam quàm fis imperitus, & nullo iudicio præditus in veterum fcriptis perpendendis? Omnia verò conueniunt, & quadrant cū fupputatione marmorum Romanorum, nam CCC. annus fcalptus ibi eft. Sext. Quinçtilius Sext. F. P. N. duobus autè annis pòft, id eft, vt Liuius loquitur, trecentefimo altero ibidem eft. Confules abdicaffe fe, & decemuiros confilares creatos.

Haftenus cõfentiunt marmora Romana cum Liuiò. Sigonius cū trecentefimo altero non intelligeret CCCII. id eft, duos fignificare, cogitur paulò pòft, vt tueatur illum locum apud Liuium, vbi ait, trecentefimo decimo anno creatos Tribb. militares, id eft, anno octauo pòft, interfèrere continuationem confilatus, quem gesserunt L. Valerius, & M. Horatius, his verbis, in Chronologia Liuiana anno 305. ijdem confules continuaffe videntur in hūc annum. Dij boni, quale fòmnum eft hoc? quàm inane? quàm falium? nec alia de caufa excogitatum, niff vt adderet annum vnum, quod neceffe non erat, fi intellexiffet loquendi illam formam, vt toties dixi. Vbi que damnofa eft infcicia, fed præfertim in Chronologijs & fupputationibus annorum: fi enim vno numero dedas, maxima confequantur errata eft neceffe.

Nunc à Tribb. militaribus primis ann. CCCX. vique ad ann. CXXL. quo confules fuerunt L. Papirius S. P. F. L. N. C. m. for V. C. Iunius C. F. C. N., Bubulcus Brutus II. (nam ibi in margine fcalptus eft annus CXXL.) oftendo non difsentire Liuium à marmoribus Romanis.

Hi funt omnes anni CXXX. qui fi totidem erunt apud Liuium, fatis erit apertum, Liuium confentire cum Romanis marmoribus, agendum igitur oftendamus.

A. Sempronius Atratinus.

CCCX. T. Clælius Siculus.

L. Atilius Longus. Hi primi fuerunt Tribuni mil. conf. potestate.

Conf. Papirius Mugillanus, L. Sempronius Atratinus vitio facti abdicarunt in E. L. F. & c.

Hunc annum Sigonius CCCIX. appellat falfo, quia putat Liuium lapfum, vt in fua Chronologia afferit pag. 97. post fcholia in Liuium. Verùm ego hunc errorem ante fatis demonftraui. Idem Sigonius, vt eft imperitus, nulloque iudicio præditus, in fupplendis marmoribus Romanis numero CCCX. vique ad numerum CCCXX. collocavit confilatus decem, cum tatum nouem effent collocandi, ita factum eft, vt vnus fuperfit, hic f.

C. Iulius Iulus IIII.

L. Verginius Tricoftus II.

Hic confilatus additus præter rationem facit, vt numeri annorum fibi non conftent, nec adæquari poffint numeris antiquis, qui fcalpti in margine adhuc vifuntur. Quare ego cenfeo hunc confilatum tollendum. Nec verò authoritate vllius idonei authoris innixus hunc interpoftuit Sigonius. Nam Liuius de eo ita fcribit. Eo fdem conf. in fequenti anno refectos Iulium tertium Verginium iterum, apud Macrum Licinium inuenio. Valerius Antias, & Q. Tubero M. Manlium, & Q. Sulpitium confules in eum annum edunt, cæterum in tam difcrepanti editione & Tubero, & Macer libros lin teos authores profitentur. Neuter tribunos mil. eo anno fuiffe traditum à fuperioribus antiquis difsimulat. Licinio libros haud dubitè fequi lin teos placet, & Tubero incertus veri eft: fed inter cætera vetuftate incomperta hoc quoque in incerto poftitum. Hæc funt ipfius verba, ex quibus facile quiuis intelligere, poffit Liuium non probare hunc confilatum. Diodorus Siculus homo Cræcus arripiens illa nomina Manlium, & Sulpitium, quæ in ambiguo ponit Liuius, & addens tertium Maluginen- fem, hoc anno non confules, fed Tribb. mil. recentèr. Id tamen falium eft, nec Liuius probaffe videtur. Cafiodorus confules ipfos nominat C. Iulium Iulum IIII. & L. Verginium Tricoftum II. Ait Sigonius in cõment. fuis in Fallos & triumphos, fe fecutum authoritatem Cafiodori,

dori, hos suppleuisse in Fastis Romanis. Itane verò Sigonius? Ita es adductus Casiodoro, vt quid Liuius dicat non attendas? Non animaduertit Casiodorus Liuium eos non reposuisse, sed recitare opinionem veterum historicorum, qui reposuerant. Ita Casiodorus impulit Sigonium in errorem tam magnū. Vidēne δ Sigoni verum esse, quod toties dixi, te nullo iudicio in literis esse praeditum? Tolli debent igitur hi consules ex Chronologia Liuiana, etiam ex marmoribus Romanis. Patet enim, si interserantur superesse annum vnum. Quod si tollatur, vt etiam Liuius censet, bellē conueniet Liuius cum marmoribus ipsis.

Nunc operæ precium me facturum existimo, si hęc subscripto veluti in tabula numerorum annorum, res vt tota perspicui possit.

C C C. Sext. Quinctilius Sex. F. P. N. in M. M. E.

P. Horatius Tergeminus. in ipsis mar.

1 P. Sestius Q. F. Vibi N. Capitolinus, T. Menenius T. F. Agripp. N. Lanatus.

2 App. Claud. App. F. M. N. Crafinus. T. Genutius Augurinus, abdicat. Eodem anno Decemviri legum ferendarum causa creati.

3 Decemviri, quorum nomina vide in historia. 1

4 Decemviri, quorum nomina vide in historia. * 2

* *Liuius ait trecentesimo altero anno creatos decem viros i. C. C. I.*
Hęc enumeratio facit, vt cognoscas octo annos post decem viros creatos tribb. mil.

Digredi liber aliquantum hoc loco, libr. 3. de Decemviris agit Liuius, vbi errat Sigonius, quia verba latina non satis percipit, & locum emendando corrumpit. Verba Liuij sunt hęc, vbi loquentem facit M. Cornel. um. Ceterum neminem maiore cura occupatis animis verum esse præiudicium tantæ rei asserre. Ita enim se habent in veteribus libris, quorum verborum hęc est sententia: Non esse verum, id est, non esse æquū asserre præiudicium tantæ rei, ita proferunt loquendi hæc formulam omnes veteres, Horatius, Casar, Cicero, & alij, vti notum est: id non intelligens Sigonius, meras asfert nugas, vt quilibet videre potest. nam ita emēdat. Ceterum neminem maiore cura occupatis animis verum esse: præiudicium rei tantæ differri posse, sibi posse paulo post, id est, neminē verē sentiat dicere, quid asferret in medium Sigonius cōtra hæc, aut quomodo iam inficiari poterit, se indoctum esse: nam locū hunc ita explicat, neminem in senatu, cum occupati sint animi maiore cura, dicere, quid verē sentiat. Eodem lib. 3. paulo antè, Sigonius corrumpit locum hunc, nam legit: "Et in vnica concordia inter ipsos, qui consensus in priuatis interdum consilij vtilis, summa aduersus alios æquitas erat. Verba autem ipsius in scholijs pagina 10. numer. 42. hæc sunt: Vetus liber vnus habet, in priuatis, alter priuatis consilij interdum vtilis, vt videatur legendum esse, Qui consensus in priuatis interdum consilij vtilis esset. Hęc ille. Sed omnes vetusti libri, quos ego hæctenus vidi, manuscripti, & is, qui à Vendelino impressus fuit 1470. ex Victorini Feltrensis exemplari, in quo fere vbiq; antiquæ lectiois veritas, aut saltem vestigia apparent, ita habent: Et in vnica concordia inter ipsos, qui consensus in priuatis interdum inutilis esset, summa aduersus alios æquitas erat. Vnde pulcherrima elicitur sententia. Si inter se cōsentiat priuati homines, interdum id magno aliorū malo fieri.

5 C O S S. L. Valerius M. Horatius. 3
6 Lar. Herminius T. Virginius Coelimon. 4
7 M. Geganius C. Iulius. 5
8 T. Quinctius Agripp. Furius. 6
9 M. Genutius C. Curtius. 7

A. Sempronius Tribb. mil. primi consulari potestate.

C C C X. T. Clælius Liuius ait Tribb. mil. creatos anno trecentesimo decimo, id est, octauo anno post decem viros.

Vitio facti abdicarunt in E. L. F.

C O S S. L. Papirius Mugillanus. L. Sempronius Aratinus.

1 M. Geganius. T. Quinctius.
2 M. Fabius. Posthumius Æbutius.
3 C. Furius. M. Papirius.
4 Proculus Geganius. L. Menenius.
5 T. Quinctius Agripp. Menenius.
6 L. Quinctius, Trib. mil. *
L. Iulius.
7 M. Geganius. L. Sergius.
8 M. Cornelius. L. Papirius.
9 C. Iulius. L. Virginius.

Post hos consules Sigonius collocat:

* C. Iulius Iulus III. L. Virginius Tricoctus II.

M. Fabius.

C C C X X. M. Foslius. Tribuni militum.
L. Sergius.

Ita numeravit annos Sigonius à 310. vsque ad 320. sed quis non videt ipsum decipi, pluresq; quam decem esse, vnumque superesse, id est, C. Iulius Iulus III. L. Virginius II. vt antè demonstravi. Ego igitur hos consules delendos puto. Sed etiam in alijs decem, qui consequuntur enumerandis lapsus est Sigonius.

Anno CDXX. A. Cornelius Costus II. Cn. Domitius: Ibi signat annum Sigonius, sed si numeres vsq; ad alium numerum denariū CDXXX. non inuenies plures quam VIII. cōsulatus, ita vnus deerit. Ego igitur censo annum CDXX. collocari debere anno vno antè, vbi ait, Hoc anno sine consulibus Respublica fuit.

Nam si in Chronologia Liuiana collocat interreges hoc anno, nescio cur in Capitolinis marmoribus hunc annum omittere velit: Ita si faciat, ipse dici poterit distraxisse in diuersas partes supputationes Liuij, & marmorum alioqui inter se consentientes, data opera, vt assereret, quod non est. Reliqui oēs anni bene se habent vsque ad CDXL. quem numerum mihi proposueram ab initio tanquam metam, quia ipse est scalptus in marmoribus Romanis, quæ reliqua sunt, & ex eo diiudicari possunt, qui, & quot sint antè supplendi. Sigonius ergo ab initio cum non intelligeret ann. CCCX. esse collocandos primos trib. mil. ex sententia Liuij, & collocasset trecentesimo nono, coactus fuit, consulatum, qui neque à Liuiio recipitur, neque à marmoribus inserere, vt annū illum suppleret, præter omnem rationem antiquitatis, & fidenter historia. Ita error ex errore deinceps provenit, si quis in numeris semel labitur. Quare nihil magis est in Chronologia vitandum. Ostendi hæctenus à CCCX. anno, qui à Liuiio nominatur, cum primi Trib. mil. creati sunt consulari potestate vsque ad cōsules L. Papirium Cursorem v. C. Iunij Brutū II. quæ nomina iam non in supplementis, sed in ipsis marmoribus Romanis scalpta visuntur, quorū regione in margine etiā scalptus est annus CDXL. numerari annos CDXXX. in ipsa supputatione marmorum Romanorum. Nunc ostendendum totidem numerari in supputatione Liuiana, vt conuenire hæc cū illa cognosci possit, quod ab initio mihi proposui declarandū. CCC. Annus ab vrb. cond. ego colloco, ex priore supputatione.

C O S S. Sext. Quinctilio.

CCCII. id est, trecentessimum alterum, quo anno creati sunt decemviri.

App. Claudio.

C O S S. T. Genutio.

A. Sempronio.

CCCX. T. Clælio. primis Trib. mil.

L. Atilio.

Sicenim Liuius scribit.

M. Fabio.

CCCXX. L. Sergio. Trib. mil.

M. Foslio.

CCCXXX. C O S S. C. Sempronio Atratinio.

Q. Fabio Vibulano.

Sigonius

Signonius præcurrit hanc nostram summam annovno, quia præter omnem fidem historiae inferere voluit annum 305. his verbis: Iidem consules continuasse videntur in hunc annum: quare autem hoc somnium excogitare sit coactus dixerantè.

A. Cornelio Coss.
CCCXL. COSS. L. Furio Medullino.

Signonius intra illos numeros denarios collocat annum CCCXXXIII. quem ego tollendum puto. nam ait: Interreges vno anno regnarunt. Non debet autè interponi hic annus, quia Liuius ita scribit: Cū maior pars anni per nouos Trib. pleb. & aliquot interreges certaminibus extracta esset. Paulò post, Papirius Mugillanus interrex obtinuit, vt tribunitia comitia haberentur. Hæc verba certè non significant illum annum sine magistratu fuisse, imò longè aliter. Miror Signonium tam nullo iudicio esse præditum.

Sustulimus iam annos duos ex Chronologia Liuiana Sigonij, qui totam summam perturbabant, & facièbāt, vt Liuius falsò præcurreret annis duobus summam marmorum Romanorum.

M. Aimilio M. Quinctilio Varo.
CCCL. L. Valerio L. Iulio Iulo. Tribunis mil.
Ap. Claudio. M. Posthumio.

Nam alij duo tribb. addi non debent, & si Liuius asserit octo eo anno creatos: Quis enim non videt Liuium deceptum fuisse? dum non animaduertit in Fastis Romanis illos duos, quod addit ad sex tribb. M. Furium, scilicet Camillum, M. Posthumium censors fuisse: fortasse in illis Fastis, quos inspexit Liuius, propter vetustatem erat deleta illa dictio CBS, vel CBNS. quæ censors è regione posita, scuti fit, significabat.

L. Lucretio Flauo.
CCCLX. COSS. Ser. Sulpitio Camerino.
Ser. Cornelio III. P. Valerio II.
CCCLXX. M. Furio Camillo v. Ser. Sulpitio II. tri. mil.
C. Papirio. T. Quinctio II.
L. Sextio. trib. pleb.
CCCLXXX. C. Licinio Stolone anno III.

L. Aimilio. II.
C. N. Genucio.

CCCC. COSS. C. Sulpitio Petico. III.
M. Valerio Poplica. III.

CDX. COSS. M. Valerio Coruo. III.
A. Cornelio Cossò.

CCXX. Interregnum fuit pestilentie causa.

Ita Liuius, quare ex ipsius sententia ego annum hunc reponendum sentio, nec verum est, quod scribit Signonius de eo Liuium non esse locutum. Quid enim aperit his verbis? Et quia pestilentia infecta est, vel ut omnibus eo vicio contractis auspicijs res ad interregnum redijt. Ad interregnum addi potest etiam dictatura, quæ præcesserat eodem anno. Ita annus postea sine consilibus fuit: sed numerandus omnino, ac laudandus Haloander, qui hoc primò animaduertit ex Liuij verbis.

CDXXXIX. Debet reponi dictatura Papirij. Sine consil. & miror cur Signonius cū in tabulis Capitolinis suppleendis hanc dictaturam reposuerit pro vno consulatu: in Chronologia Liuiana id prætermiserit, cum satis verba Liuij ostendant esse annumerandum. Clareanus & Haloander viri doctissimi in suis Chronologijs hoc mulrò antè animaduertuerunt, quàm marmora Rom. effoderentur, Liuium & alios scuti.

CDXXX. Consequitur ergo, vt hic annus notari debeat cossil.

C. Sulpitio II.
Q. Aimilio. vel A. Ceretano.
CDXL. COSS. L. Papirius Cursor v.
C. Iunius Bubulcus II.

Ex his opinor, satis patet, verum esse id, quod ab initio diximus, Liuianam summam conuenire cum Rom. marmoribus ab anno 310. vsque ad annum 440. qui numerus Italpius visetur in ipsis marmoribus.

CDXLI. M. Valerius. P. Decius.

CDXLII. C. Iunius Bubulcus III. Q. Aimilius II.

CDXLIII. C. Martius Rutilus. Q. Fabius.

Post hos consules debet inferri dictatura Papirij, nam fuit annus sine consil. & miror Signonium in Chronologia Liuiana hunc prætermisisse, nam ex Liuiò id elici facile potest, nec me mouet quòd eodem anno cos. Fabium dimicasse cum Etruscis, Et paulò post, Fabio continuatum consulatum ait, nam consul vocatur vt proximi anni, & continuatus dicitur consulatus, fuerat enim interiecta dictatura tantum Papirij vno anno, & rectè continuatus dici potuit.

CDL. M. Liuius Dentor. M. Æmilius.

Post hos consil. debet omnino reponi dictatura duplex. Altera consulatus eius anni tempore, quæ breuis fuit Iunij Bubulci. Altera sine consil. pro anno vno. M. Valerij Maximi, in qua non Q. Fabium Maximum magistrum equitum (neque enim par erat hominem ea arate, & honoribus illi subiectum esse) habuit, sed M. Aimilium. Hæc est Liuij sententia, & annus fuerit hic 452. hoc est:

CDLII. ita duæ dictaturæ erunt. Altera anno 451. vnà cum consil. connumerata. Altera 452. sine consil. Sed hæc posterior ambitur an fuerit gesta à Q. Fabio Maximo, an à Valerio Max. Et sanè marmora Capitolina quantum fracta, numero 7. (qui numerus debet postponi octauo) nam sequor Marliani dispositionem per numeros ita signatam, videtur dictatorem præ se ferre Q. Fabium Maximum non Valerium. Verum esto, de nominibus nunc non laboro, nam sæpè video dissentire Liuium à cæteris: sed de annis mihi propositum est querere. Vel igitur Valerius fuerit, vel Q. Fabius dictator, satis constat cum annum connumerari debere pro vno consulatu, & satis id demonstrat Liuius, cū per interregem comitia habita ait, & ipsum dictatorem absentem creatum consulem, quod in M. Valerio Coruo erit verum, in Q. Fabio non erit.

Iam verò Liuij decem libri primi, qui vulgò dictam primam conficiunt Decadem, clauduntur consulatu. Q. Fabij Gurgitis, qui est Iunij Scæuæ annò, CCCCLXXI. Nec est vlla dissensio inter ipsum, & fragmenta, quæ extant, marmorum, in quibus perspicuntur & Consulū, & Censorum nomina, etsi non integra. Quare patet summam Liuianam & marmorū Romanorum eadem esse.

Correctio numerorum apud Liuium.

Cum hæc ita sese habeant, corrigendi numeri apud Liuium, & primū lib. 10. vbi ait: Superiunt etiam nunc Samnitium bella, quæ continua per quartum iam volumen, annumque sextum, & quadragesimum à M. Valerio, A. Cornelio consulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus. Erat autem is consulatus Q. Fabij Max. v. & P. Decij III. quo anno se deuotit. Legendum non annū XLVI. sed XLIX. vel XLVIII. Fuerit enim à librarijs corrupti hi numeri, vel potius à Calsiodoro, & alijs, qui Liuij summam non exquisitè collegerunt.

Signonius totum se addixit Calsiodoro, & si velit, nolit, cogitur interdum ab eo discedere. Memini cū totum se addiderat Iusebio. Ac Venetias cū aliquando venissem, me non admiratione audijsse illum, dum mecum colloqueretur numerantem annos ad normam Eusebij Chronologiae, monuisseque ne id faceret, quia sciebam esse corruptissimum Iulij librum. Moriar, si vera non narro. Omnino Calsiodori Chronologia minus est corrupta, sed & in ea iudicio opus est. Potuit enim is in enumerandis annis labi, nihil enim difficilius, quàm ex I. i. tio annos exquisitè colligere, quia non exprimit singulos semper, nec appellat euidenter, potuissetque faciliorem viam inire ad consiciendos annales: sed veritus est, credo, ne historia videretur esse, si eam non intexeret ambitu verborum, verum insisteret breuiterque ac concisè loqueretur, vt in Fastis fiebat, vbi breuiter erant omnia annotata.

Apud

Apud Liuium etiam COSS. M. Fabio Ambusto III. T. Quintio, numeratur annus post Romam captam XXXV. sed corrigendus locus, & legendum XXXI.

Romam captam scriptum est apud Liuium trecentesimo sexagesimo quinto, tu emenda ex priorē nostra supputatione CCCLXIII. Fuit autem capta Trib. mil. coll. pot. Q. Fabio Ambusto, Q. Sulpitio Longo. Itidem altero Ambusto Fabio fratre, & alijs.

Apud Liuium COSS. Q. Seruilio Ahala. L. Genutio II. nominatur annus post Romam captam XXV. ibi emendandum, & legendum XXIII.

Et hæc hæcætenus à nobis dicta sunt de conuenientia annorum Liuianæ Chronologiæ cū marmoribus Romanis, usque ad annum CDLXXI. quo finiuntur decem libri ab vrbe condita à Liuiio scripti, qui extant.

Liuij alteram Decadem librorum quam vocant, vsque ad XX. non habemus. Quare plura non dicam, tantum hoc: consentire Liuium cum marmoribus Romanis de initio primi belli Punici & exitu: nam de exitu locus est libro 29. sub finem his verbis: Annis ante XL. pax cum Carthaginensibus postremò facta erat Q. Lucretio, M. Manlio consulibus. Bellum initum annis post tribus & XXX. P. Cornelio, T. Sempronio consulibus. Finitum est XVII. anno Cn. Cornelio, P. Peto consulibus.

Annis ante XL. diligenter si supputes, anni sunt XLI. Quare ita emenda, quia videtur Liuius exquisitam summam sequi.

Bellum initum annis post III. & XX.) & hic numerus rectè sese habet.

Finitum est XVII. anno) & hic numerus rectè habet.

Verba Liuij in Proœmio lib. XXXI. siue primi de bello Macedonico sunt hæc: Cū in mentem mihi venit III. & LX. annos (tot enim sunt à primo Punico ad secundum bellum finitum) æquè multa volumina occupasse mihi, quæ occuparint CCCCLXXVII. anni ab vrbe. cōd. ad Appium Claudium consulem, qui primus Carthaginensibus intulit bellum.

LXIII. annos) & hic numerus rectè sese habet.

CCCLXXVII.) Emenda CCCCLXXXVIII. ab vrbe cond. vsque ad Appium.

Sigonius perperam in suo emendat LXXXVI. suam fecutus summam.

Nihil autem certius his numerorum emendationibus esse potest, nam ipsa marmora integra sunt, vbi horum annorum consules sculpti sunt, & denarij numeri ipsorum annorum, ex quibus reliquos, qui pauci defunt, facile suppleri est.

D. Iunius annum 487. vocat Sigonius in Liuiana Chronologia.

Ap. Claudius annum hunc ibidem vocat Sigonius 486.

In medio horum duorum consulatum collocat Sigonius

Q. Fabium quos Casiodorus omittit, & repre P. Decium. heditur à Sigonio in comment. Faكتورum.

Cur igitur omiserit in Liuiana Chronologia satis mirari non possum. Et si enim eam describit ex Casiodori præscripto, non debet tamen illum sequi, vbi errasse animaduertit. Sed ego infero, & tres illos consulatus ita adnoto deinceps, 487. 488. 489. aliter, quam Sigonius.

P. Claudius vocatur in vulgatis Liuij libris anno COSS. L. Iunius nus hic dicitur. Tu emenda ex nostra, & marmorum summa, quæ ea-

COSS. C. Lutatius. dem est cum Liuiana DIII. finis A. Posthumius. primi belli Punici.

COSS. P. Valerius hunc annum videas vocari apud M. Atilium A. Gellium in vulgatis libris DXXXII. Tu emenda ex nostra summa DXXXVI.

COSS. P. Cornelius Scipio. Hoc anno ait Liuius con- T. Sempronius Longus. sectum II. bellum Punicum anno 23. post pacem datam consuli Lutatio: id verum est etiam in mea summa.

COSS. Cn. Cornelius Lentulus Hi consules nominantur à Liuiio: nã

eo anno ait finitum bellum II. Punicum. LXIII. annis à primo bello Punico: id verum est etiam in mea summa.

COSS. P. Sulpitius Galba. His COSS. bellum extitit M. C. Aurelius Corra. cedonicum contra Philippum, anno, si Sigonio credas, 550. sed marmora Romana statuerunt anno 553. nec dissentit Liuius de initio huius belli, nam lib. 31. ijs consulibus ait susceptum.

De bello iridem Antiochino, quando geri cæperit, quando deserit: marmora consentiunt cum Liuiio, nam susceptum est M. Acilio Clabrone, & P. Cornelio Nasica: debellatum autem post duos annos à Scipione Asiatico.

M. Iunius Brutus, A. Manlius Vulso. His consulibus clauditur vltimus liber Liuij de bello Macedonico, anno 575.

L. Martius Censorinus.

COSS. M. Manlius. Annus hic est 604. In Epitome Liuiana scribitur, lib. 49. Initium tertij belli Punici anno altero & sexcentesimo, id est, DCII. sed scribendum est anno DCIV. vt alibi etiam dicemus demonstrando hunc errorem à librarijs prouenisse.

Quo loco Liuius libro 34. annum, quo P. Africanus consul fuit, vocat DVIII. vt est in vulgatis, non vt emendat Sigoni⁹ in Chronologiæ suæ scholijs DLYI. sed DLIX. legendum est, error autem ita ortus fuit, DVIII. scripserunt librarij, omittentes quinquagesimo. i. l. vt etiam antè. Has numerorum emendationes ratione factas, & si quis cognoscere potest, demonstrabo tamen ego copiosius in mea Chronologia: nam omnis error in his scribendis fluxit à Casiodoro, & alijs, qui Liuianos annos non exquisitè numerarunt: ideo coacti sunt ad suam summam numeros immutare, & si non omnes immutarunt, obliui opinor, vnde cognosci potest, id ita factum.

FINIS.

IMPRESSVM FRANCOVRTI AD MOENVM,

APVD GEORGIVM CORVINVM, IMPENSIS SIGISMVNDI

ET IOHANNIS FEIRABENDINORVM.

M. D. LXXVIII.